tis.xxxiiij.diſt.Quæ cõmuniter & abſolutè dicunt,ꝙ optio datur iudici:vnde poteſt imponere iudex,quam pœnã ex illis vult. Sed in contrarium facit.l.quicunq;.C.de ſer.fugitiuis.& quod ibi no. vbi optio datur reo.¶ Sed pro concordia diſtingue poſt Cyn .& poſt Bart.in.l.ij.ff.de effractoribus.ꝙ aut verba alternatiuè diriguntur ad iudicem:& tũc habet eligere:vt puta,ſi dicatur ,puniat eum iudex tali,vel tali pœna.ad hoc.l.ſi fugiti.C.de ſer.fugiti. Aut verba diriguntur in reum:vt quia dicitur:ſoluat centum: vel recedat à ciuitate:& tunc optio datur ſibi.& ita loquitur.d.l.quicũq;. Aut verba ſunt imperſonaliter prolata,vel aliter dubitaſ.Et tunc Bart.dicit ſe dubitare.videtur tamẽ inclinare,vt optio detur reo vt ſic eligatur pars mitior.arg.l.interpretatione.ff.de pœnis.& in regula odia.de reg.iur.libr.vj.¶ Contrarium in hoc vltimo arbitror eſſe verum.Nã iura noſtra canonica ſuperius allegata communiter loquuntur imperſonaliter:& tñ glo.cõmuniter ſentiunt vt optio detur iudici.Et vltra authoritatem gl.noſtrarum,probatur in.c.quoniam.in fi.vt lit.non conteſt.& per.l.quærẽti.de ver. ſigni.Nam regulariter iudex tanquã legis miniſter habet eligere, & imponere pœnã ſecundum circunſtantiam loci,tẽporis & perſonæ:vt in.l.reſpiciendum.& in.l.aut facta.in fi.ff.de pœnis. Item reus ſemper eligeret mitiorem pœnam:& ſic quaſi fruſtraretur alternatiua legis.Prædicta tamẽ limita ſingulariter, niſi vna pœna eſſet tranſlata in aliam:quia tunc iudex non haberet amplius electionem.pone exemplum quotidianũ.Dicit ſtatutũ,vel ſententia iudicis,ꝙ pro tali delicto reus ſoluat mille.& ſi non ſoluerit intra x.dies,amputetur ſibi pes:quæritur vtrum poſt lapſum decẽ dierum poſsit iudex exequi pœnam in bonis iſtius criminoſi. Et di-
a cendum,ꝙ non:quia per lapſum.x .dierum pœna pecuniaria fuit tranſlata in corporalem.& dicit Bart.ſe conſuluiſſe in.q.facti.vbi hoc ponit in.l.cum duobus.in. §.idem reſpondi.el.ij.ff.pro ſocio. & facit ibi textus cum alijs iuribus ibidem alleg.& hoc bene not. Item quod.s.dixi,ꝙ ſi verba diriguntur in reum ipſe habeat electionem.Limito :quando verba diriguntur in eum actiuè: vt in exemplo præalle.ſecus puto,ſi paſsiuè.Exemplum:dicit ſtatutum patiatur pœnã iſtam,vel illam.& de hoc alleg.bo.tex.iuncta gl .in c.ſicut.præalleg.¶ Itẽ dubito,ſi conſuetudo habet ab olim:vt imponatur præcisè altera pœna:vt puta,ſi dicat ſtatutum,ꝙ puniaſ pœna pecuniaria,vel corporali. Tamen ſemper eſt obſeruatũ , vt imponatur pœna pecuniaria:nunquid ex hoc ſit inducta conſuetudo:vt iudex non habeat optionem,ſed debeat ſeruare conſuetudinem.De æquitate bene videtur,ꝙ conſuetudo ſit obſeruanda.argu.in.l.hodiè.iuncta glo.ij.ff.de pœnis.vbi dicitur in impoſitione pœnæ:ꝙ iudex non debeat venire contra conſuetudinem. quod not.Sed de ſubtilitate poſſet argui in contrariũ.Nam in his quæ ſunt merę facultatis ex obſeruantia vnius,nõ eſt inducta conſuetudo.Nam fortè ſemper placuit iudici eligere alteram pœnã, ex quo nihil eſt actũ contra legẽ.Ergo non eſt inducta conſuetudo legis derogatiua,vel abrogatiua.ad hoc quod no.in.l.ij.C.quæ ſit lon.conſue.per Cy.& dixi in.c.ex parte Aſtẽſis.de conceſ.præben.facit quod not.in.c.Ioannes.de cle.coniug.¶ Quid autem in alijs alternatiuis,vt ſi legatum eſt alternatiuũ:vel in contractibus. dic,vt not.in.d.regula,in alternatiuis &c.& per Bart. in.l. Lucio Titio.ff.de leg.ij.& in.d.§.vtrum.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum Principis , quod videtur ab honeſtate deuiare,non tenetur ſubditus immediatè mandare executioni: ſed debet expectare ſecundam iuſsionem.*

2 *Reſcriptum deuians ab honeſtate continens non obſeruanti excommunicationem incurrendam ipſo facto, an ſit immediatè mandandum executioni.*

Scandalum magnum vbicunque timetur : ſi mandatur executioni reſcriptum Principis,non eſt fienda talis executio.

3 *Papa reſcribens pro notoriè indigno:an ſit obediendum ei.*

Papa non habet poteſtatem peccandi.

4 *Ratio,an ſit reddenda de omnibus rebus.*

Princeps poteſt præcipere ſubdito in his ,quæ ſpectant ad officium ſuum: & non exprimendo cauſam præcepti.

repe.d.l.quicunq;.& Aret.in tract.maleficiorũ.in gl.quas ſi non ſoluerit.

a ¶ Quòd nõ.Adde tu,Fran.Are.cõſi.lxxxix.qui conſuluit contrariũ etiã inuito criminoſo,& ibi dicit,ꝙ Bart.ita conſuluit.

b ☞ SEB.SAPIA.¶ Illi parẽre.vide ad iſtũ tex.quod dicit Bal. in conſi. xliiij.dñs Ballardinus in.j.volu.vbi concludit,ꝙ literæ Principis nõ ſunt ſemper exequẽdæ ,ſeu Principi eſt reſcribẽdũ.vide etiã quod no. d.Abb.in.c.eãte. in.iij.not.j.eo.& idẽ Abb.in acce. pimus.in.ij. not. verſi.ego.j.de fide inſtru.

CAP. V.

SI quando.¶ Is ad quem reſcriptũ Papæ dirigitur,debet illi parere,b vel cauſam rationabilẽ aſsignare,quare parere non poteſt.Et primò ponitur dictũ.Secũ dò alternatiuè inſtruit,ibi: *qualitate*. Tertiò alterius partis alternatiuæ ratio.ibi: *quia*. ¶ Caſus litera.Ecce aliquis habẽs beneficia impetra- c uit literas contra Archiepiſcopũ Rauennaten. ſuper obtinẽdo beneficio in eccleſia Rauennatẽ.tacito de beneficijs ſuis. Archiepiſcopus multũ fuit conturbatus,ꝙ Papa ſcribebat pro habente ſufficiẽs beneficiũ,& ſuper hoc reſcribit Papæ.Reſcribit Papa ſibi dicẽs:frater,ſi aliquando dirigimus tibi ſcripta noſtra, quæ animum tuũ exaſperare videntur:turbari nõ debes,nec moueri:ſed debes cõſyderare qualitatẽ negotij,pro quo ſcribimus diligẽter:& autmã datum diligẽter adimpleas,aut per literas tuas cãm rationabilẽ oſtẽdas,qualiter illudadimplere nõ poſsis:qa nos patiẽter ſuſtinebimus,ſi nõ feceris,quod praua nobis fuit inſinuatiõe ſuggeſtũ.Ber.¶ Not.j.quòd ex iniuſtitia,ſeu mandato iniuſto de facili quis exaſperaſ,& turbaſ.

1 ¶ † Not.ij.ꝙ vbi præceptũ Principis,vel ſuperioris primafrõte deuiat ab honeſtate,nõ teneſ ſubditus immediatè parere: ſed.põt allegare , quare parere non debeat.Nec ex iſta dilatione debet Princeps turbari.Et ex hoc tex.notabiliter colligiſ,ꝙ officialis,vel alius , cui Princeps
c per literas ſuas aliquid mandat,põt nõ parere c & reſcribere Principi,& expectare ſecundã iuſſionẽ:quia quãdoq; Princeps per minimã importunitatẽ,vel per ſurreptionẽ,vel nimiã oc
2 cupationẽ concedit nõ concedẽda .¶ † Sed circa prędicta dubitaſ,quid ſi Princeps mãdat ſubcerta pœna:puta excõicationis,quam incurrat ipſo facto,ſi nõ paruerit:nũquid põt mãdatarius differre & expectare . ji. iuſsionem modo prædicto?fuit aliâs in facto & vario modo fuit cõſultũ.Sed certè ſi p executionẽ mandati timeſ maximũ ſcãdalũ,vel aliter dubitaſ de mẽte Principis,licitè põt mãdatarius nõ exequi, & reſcribere Principi:quia hoc facit authoritate legis,vt hîc.& in auſ.vt nul.iud.& ad prædi
d cta allego no.dictũ Inno.in.c.inquiſitioni.d de ſent.excõ.vbi dicit,ꝙ ſi mãdatũ Papæ cõtinet hæreſim,vel vehemẽter p̃ſumiſ ſtatũ eccleſiæ
e pturbari e,vel alia mala vẽtura,nõ debet ſubditus parere:qa debet obuiare malo,& nõ adiuuare.quod dictũ ſemp tene mẽti. Ex quo inferſ, ꝙ ſi Princeps mãdat aliquid ex cuius executione p̃ſumiſ ſcandalũ venire in ciuitate, nõ deberet ſubditus parere.Itẽ dic,ꝙ ſi Princeps man-

¶ Poteſt non parẽre. Adde gl.in verſ. nuncians.in §.deinde competens.in auſ.demãda.prin. quam al leg.Bal.& Imol, hîc in gl.in.l.puniri. C. ſi contra ius.& ibi Bal.per eundẽ in.c.cũ teneamur .de præbẽdis.in apoſtil. ad Innoc.& facit gl.iij.in.l.qm̃.la ij.C.de appel. & text.in.c.fina.de cle.non reſid. & glo.in.c.ſacerdotes.ij.q.vij.quem tẽperat iſte in. c. cũ non liceat . de præſcrip.& Bar. in trac.de repreſa.q.vj.& Bal .in l.fin.in.j.colũ.C. ſentẽ.reſcin.non poſ.Pet.de Anc. cõſil. cccviij.niſi legibus & canonibus , Bald .s.in procœ .in.iij.col. Pet.de Anch.cõſil. cccxcj .;præmitto pro clariori. & conſi. ccxxxv .per prædicta ſubtiliter . ad fin. Card.conſil. cxlvij.dñs noſter Papa. ad fi.& cõſi.cv.tqueſitũ ſæpe fuit.& Ioã.de lig.in.c.ad Apoſtolicã.in.ij. col. de reg.in.c.ad honorẽ.de au.& vſu pal.Hoſti.& ibi iſtũ in.c .propoſuit.de cõfeſ.præben.in vlti .colũ. Bal. in c.ij. ad fi. s.eod. Paridẽ de Puteo in libr .de ſyndic.fo.xxxij.

Ioan.de lig .in.c.ſententiam.in fi.ne cleric.vel mon.Cardi.conſil.cxij. ſanctiſsimus dominus noſter. &c.perſtum in.c.cum teneamur. de præben.

d ¶ Innocen.in capitu.inquiſitioni. dicam plenè pro illo dicto in cap. cum adeò.j.eodem.

¶ Adde Bald.conſilio.cccix.iij.libro,vbi dicit , quòd executor cui reſcriptum fuit,vt ſententiam exequatur,poteſt non exequi,ſi cognoſcit illam nullam,& reſcribere principi. Si tamen dubitatur,an præceptum ſuperioris ſit iuſtum eſt exequendum.xxiij.quæſtione prima capi. qui culpatur. Roma.conſil.lix.

e ¶ Perturbari. Adde Rom.conſi.xlv.

Panor. ſuper Prima parte Primi. Cap. Cùm ordinem.

a ¶ Contra Deum. Adde, quòd nec obediendum eſt, ſi timetur infamia, vel mors: vt not. latè Old. conſi.

ZACHARIAS. ¶ Adde Felin. in. c. ſi quando. col. ij. verſi. ſed nunquid poterit. de reſcrip. iſtũ in. c. cùm teneamur. de præben. dixi poſt addentes in. c. firmiter. §. vna verò. in verſi. vnica eſt eccleſia. nu. 1. de conſti. & in addit. c. nam concupiſcentiam. numero. 2. in apoſtil. in verſic. peccat. eod. titu. plenè per Iac. Reb. in. l. prohibitum. nume. 1. & in addi. ad ipſum. C. de iure fi. lib. x.

b ¶ Pro notoriè indigno. vide Imo. in. c. ſignificauit. hîc allegat. & ibi Ioã. And. but. & Do. in. c. veniẽs. de fil. presbyt. licet aliter ibi Hoſti. & vide doc. in l. quidam cõſulebant. ff. de re iudi. Ana. in. c. ij. de ſchiſma. Rom. in cõſ. ccvij. in caſu. & But. in prœ. decre. in. viij. col. ibi, eſt igitur conſenſus. per Mod. hîc, in. vij. col. verſic. conſydera, iij. Et quid de inferiore à Papa promouente ſciẽter indignũ. vide Petrum de Anc. in clemen. j. de æta. & quali. in vlti. no. & glo. penul. in. c. ad Apoſtolicã. de re. & glo. fi. ĩ. c. tales. xxiij. di. & gl. in. l. qui cũ vno. in prin. in ver. temporalis. in fi. ff. de te. mil. ¶ Adde tu Old. latè cõſi. cccxxv. vſq; ad. cccxxxij. Antoni. Franciſ. ¶ Adde ad hoc de promouẽte indignũ, q Prælatus promouẽs indignum, tenet ecclesiæ, quã lœſit ex tali promotione ad intereſſe ad inſtar magiſtratus, qui dedit tutorẽ minus idoneũ pupillo: quia ſibi tenetur ad intereſſe: vt in. l. j. in. §. nũc tractemus. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & in. l. j. & per totũ ff. de magiſtra. cõue. & vide domi. Card. & Moder. in clemen. j. de ætate & quali. Et quis dicatur indignus ad obtinendum eccleſiaſticam dignitatem, habetur in. c. cùm in cũctis. & in. c. bonæ. de elec. & per Io. and. in regula, odia. de regu. iur. lib. vj. in. q. incip. canonici Mutinenſes. Et adde, q qui indignus eſt gradu inferiori, eſt etiã indignus ſuperiore. c. geſta. lxxiij. di. & in. l. qui indignus. ff. de ſena. Indignis em̃ portæ dignitatum patere nõ debent. c. licet ex quadã. de teſti. & in. l. j. & ij. C.

* Quia præcipiẽdo, vt tali indigno prouidea tur, cũ eo diſpenſare cenſetur: vt idẽ in. c. diuerſis fallac. j. de cleric. cõiugat.

dat aliquid contra. Deũ[a] eſt obediendũ ſibi: vt in. c. ſi dominus. & c. Iulian. & in. c. qui reſiſtit. xj. qõ. iij. Etiã ſi princeps credat iuſtè facere: & iudici ſoli notũ ſit mandatũ in ſe cõtinere peccatum: vt probatur in. c. literas. de reſtitu. ſpo.

¶ † Et ex his infero, ad. q. Pone, q Papa ſcribat pro notoriè indigno: [b] vt aſſignetur ſibi certũ beneficium: nunquid mãdatarius teneatur parêre? ex dictis Io. and. in. c. cum adeò j. eo. c. ſignificauit j. de offic. ordi. diſtinguo ſic: q aut non conſtat præcisè de intentione Principis: & debet ſeruare mãdatarius, quod hîc dicitur. Aut præcisè conſtat, q vult huic indigno prouidere: & tunc aut poteſt Papa in illo actu diſpenſare: & eſt ſibi parendũ: quia videtur tũc diſpẽſare. * facit quod no. in. l. Barbarius. ff. de off. prę to. Aut non poteſt diſpenſare: vt quia eſt tanta indignitas, q ſine peccato nõ poteſt fieri: & tũc ſibi nõ eſt parendum. Quia Papa nõ habet poteſtatem peccandi. xl. di. in. c. j. & hæc bene not. perquę aperitur vltra alios intellectus iſtius. c.

¶ † In glo. in verb. *rationabilem.* in fi. Dic poſt Hoſti. cum quæritur, an de omnibus ſit reddẽda ratio: q aut quæritur nũquid quis teneatur reddere rationem: aut quæritur vtrum poſsit ratio reddi de omnibus. Primo caſu tenetur, ſi ex officio hoc ſibi incũbit: vt teſtis. de quo dic, vt plenè not. in. c. cum cauſam. de teſti. ſed ſi ex officio hoc ſibi non pertinet, nõ tenetur vltrà quàm velit. ¶ Secundo caſu vtrum poſsit reddi de omnibus ratio: dicendum eſt, q de ſecretis diuini iudicij, non poteſt reddi ratio. Ita loquitur. c. Nabuchodonoſor[c]. & §. de tyrijs. allega. in gl. Quædam ſunt, quæ conſiſtunt in ingenio, vel ratione naturali: & de illis poteſt reddi ratio: vt hîc. Quædam conſiſtunt in voluntate Principis: & de illis nõ poteſt reddi ratio. Et hoc caſu procedit. l. non omnium. ff. de legi. vbi dicitur, q non omnium, quæ â maioribus noſtris ſtatuta ſunt, ratio reddi poteſt. Exẽplũ prædictorum. Si quæratur, quare fuit inducta vſucapio: ratio eſt in promptu, ne dominia eſſent incerta. & vt puniatur negligentia domini vt no. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in. vj. Sed ſi quæratur quare fuit præfixum triennium, & non maius, vel minus tempus: nõ poteſt reddi ratio ſufficiens: ſed ſic fuit viſum Principi. In glo. fi. ibi: *obediet ergo ſubditus quandoque, etiã ſi cauſam non reddat.* Pondera verbum, quãdoq;. quia ſemper debet obediri ſuperiori: ſed diſtingue: vt. s. dixi. † Et adde ad prædicta, quæ not. Inn. in. c. ad aures.[d] de tempo. ordi. vbi inter cætera dicit vani capitis eſſe exiſtimare ſuperiorẽ non poſſe præcipere ſine cauſę cognitione, vel ſine expreſsione cauſę. quod dictũ eſt no. ¶ Ex quo habes, q ſuperior in ſpectantibus ad officiũ ſuum. poteſt præcipere ſubdito: licet nõ exprimat cauſam præcepti, vel præcipiendi.

de digni. libr. xij. Et adde, q ſi in vna diœceſi exiſtãt omnes indigni, excepto vno ſolo, illi digno omnia committi debent: vt in. c. j. xvj. q. j. Ita notabiliter dicit Pet. de Ancha. in clemen. j. de æta. & qualita. & Hoſt. in. c. graue. de præbendis.

c ¶ Nabuchodonoſor. Vide ibi Archi. & per Mod. hîc.

d ¶ In. c. ad aures. Vide ibi Hoſtiẽ. & Io. And. & ibi latè But. Inno. in c. ij. in gl. & malè de reſti. in integ. & ibi iſtũ. in. vj. col. Pet. de Anc. in reg. ea, quæ in v. colũ. ibi & hoc intelligo. de reg. iur. in. vj. But. in c. ex parte. ad fi. lo. j. ibi, tertiò q licet. de verb. ſignifi. propter gl. fi. ibi Bar. in. l. nõ fatetur. ff. de conſeſ. & iſtum in. c. peruenit. lo. ij. de appel. Pau. cõſil. xxxix. in. iij. vo. lu. Bal. in repet. l. ij. ff. de iureiu. ſo. vij. Dyn. & Imo. & Alexã. in. l. filiusfa. §. Diui. ff. de lega. j.

¶ Sunt priuilegiati. Vide no. in c. ex parte. el. j. & in. c. nuper. de decretis.

¶ Adde tu, quod voluerunt do. de Rot. in deciſio. recollectis per do. Berñ. de Biſigneto, hoc tit. incip. Papa.

ZACHARIAS. ¶ Adde tu de iſtis Ciſtercien. & eorũ priuilegijs, p Spec. in ti. de reſcri. præſen. §. iiij. ver. itẽ Ciſterciẽſis doct. in c. i ecolẽtes. deſtatu mona. Car. in clem. dudũ. §. nos de ſepul. & Old. conſi. cix. Antoni, Franciſ.

¶ Adde qd no. voluit Io. an. ĩ. c. ij. in. c. religioſos in princ. de deci. li. vj. vbi ait, q Papa decorauit, & ditauit ordinẽ Ciſtercienſiũ multis honoribus & priuilegijs: & dicit q inter reliqua habẽt priuilegium, vt electi poſsint ſine aliqua cõfirmatiõe adminiſtrare. de quo etiã vide no. p Io. An. in. c. j. de ſupplẽ. negli. præl. Et aduertendũ eſt, quia Ciſterciẽſes nõ ſunt de iure cõi exempti ab ordinarijs: vt probat in. c. ne Dei. de ſimo. & ideò, ſi dicunt ſe exẽptos per priuilegium, debent illud oſtendere: vt in. c. cum perſonæ. de priuile. in. vj. quod etiam voluit Ioan. and. in præallega. c. ne Dei. de ſimo.

f ZEB. SAPIA. ¶ Priuilegiũ. per iſtũ tex. not. Alex. in conſil. cj. viſis ma tra-

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum contra religioſos valet: etiã quòd non fiat mentio, cuius monaſterij ſint.*

2 *Forma tradita ab aliquo priuilegio in impetratione reſcriptorum, debet ſeruari in reſcriptis: aliter non valet.*

3 *Reſcriptum impetratum contra priuilegiatum: an debeat facere mentionem de priuilegio?*

4 *Priuilegiatus citatus contra priuilegium ſuum, tenetur comparere & allegare priuilegium ſuum.*

5 *Citatus quando notoriũ eſt, quòd non debet comparere, non eſt reputandus, vt contumax.*

6 *Fratres mendicantes citati corã Epiſcopo, non tenentur comparere: & ſic non dicuntur contumaces.*

CAP. VI.

CVm ordinem. ¶ Per reſcriptum Papæ in quo fit mẽtio de ordine Ciſtercien. religioſi illius ordinis non tenẽtur reſpondere. Vel aliter & ſic. Ciſtercienſes ſunt priuilegiati, q non poſſunt conueniri per reſcriptum Papæ, niſi in eo fiat mentio de eorum ordine. Et primò ponit deciſum exordiũ: ſecundò dictum. ibi: *ſi contrà.*

e ¶ Caſus literal. Ciſtercien. vel alij religioſi habẽt priuilegia ſuper decimis, vel alijs rebus. Dicitur hîc, q ſi aliquis literas impetrauit contra iſtos religioſos ſuper his, in quibus ſunt priuilegiati de ipſorũ priuilegijs mentione nõ habita, per tales literas nõ tenentur reſpondere. B. ¶ Et pro intellectu tex. & glo. præmitte, q iſti fratres Ciſtercienſes in multis ſunt priuilegiati[e] à ſede Apo. vt ſup decimis: & poſtmodũ obtinuerũt priuilegiũ, vt ſup his, quibus ſunt priuilegiati, nõ teneant reſpondere, per reſcriptũ Papæ: niſi in eo fiat mentio de eorum ordine. Et hoc fortè fuit cõceſſum: quia ſæpe moleſtabãtur ſuper rebus priuilegiatis corã iudicibus delegatis: poſtmodũ obtinuerunt aliud priuilegium magis latum, vt ſuper nulla re teneantur reſpondere, niſi in reſcripto fiat mentio de eorum ordine. & ſic intellige glo. j. ¶ Not. j. q ſuper decimis & alijs rebus poſſunt religioſi, & alij â Papa priuilegiari. ad hoc. c. ex parte. el. j. de deci. ¶ † No. ij. arg. optimum ex tex. valere reſcriptũ impetratum contra religioſos, licet nõ faciat mẽtionem cuius ordinis ſint. Satis enim eſt per reſcriptum conſtare cõtra cuius monaſterij religioſos ſit impetratio. Hoc probatur hîc per locum de ſpeciali. Nam ſi priuilegium hoc fuit indultum Ciſtercien. vt non teneãtur reſpondere, niſi fiat mentio de eorum ordine: ergo ius commune eſt in contrarium alijs religioſis: vt in. c. præſenti. §. locat. de præben. libr. vj. ¶ Et hoc nota, quia nullibi ita bene probatur. ¶ † Not. iij. quòd vbi priuilegium[f] dat generaliter formam reſcriptis impetrandis, non valet reſcriptum etiam ſpeciale, nõ ſeruata for

inſtrumentis.in.j.vol.q̃ per legem generalem nõ tollit priuilegium ſpecia le,ſed nõ bene probatur hîc.vide etiã Pau.de ca.in conſi. cccxvj. quoniam adiectioni.ſecundum antiquam impreſsionem.

a ¶ Priuilegium eſt hîc incorporatũ. De priuilegijs inſertis in corpore iuris an regulentur,vt ius cõe.vide doc.in.c.ignorantia.xxxviij.di.& doc.in.c.j. ſ.e.& ibi mod. all. Ioan.and.But. & Imo.& vide not. in aut.qua in pro uincia.C .vbi de cri.agi op.& vide Rot.in iſto tit.xl viij.in authen.& in eo.ti.xij.in antiquioribus.Faciat cõſi.Pau.de caſtr. xxxij.quoniã adiectione.in.ij.col. vbi ĩ fauorẽ Charthuſiæ Piſanæ cõ ſuluit poſt Lau. de Rodul .Faciat quod voluit Inn. in.c.pro illorũ.de præben.

¶ Adde tu,vt per Ale.cõſ.cxxxviij Anto.Franci.

¶ Aduertendum eſt, quia priuilegia tanquã iuri cõtraria ſunt ſtrictè interpretanda. vt not.c. quod dilectio.de cõſangui. & affini.& per gl vlt.in.c.fi.de trãſla.præla.& no.docto.in.c. paſtoralis.& in.c.quia cõtra.de priui.& in c.olim.de ver.ſig. & habetur per Inno.in.c.recepim⁹. de priui. & in .c. tua.el.j.de deci.& p Io.an.in regula cũ qd.de reg. iur. li.vj.in Mercu.& in.c.fi.de ver.ſig. b & no.Archi.in .c. j.lxviij.di.tñ priuilegium clauſum in corpore iuris, debet interpretari ſecũdũ ius cõe,vt eſt tex.in.c.ſi verò.el.j .de ſenten. excõ.& tale priuilegiũ clauſum in corpore iuris æquiparatur iuri cõi,vt voluit glo. in.c.fi.de of.or .& alia gl.in.c.j.de cõſti.li.vj. & habetur per Hoſti. in e.ex parte.de deci.& p Io.an.ĩ.c.j. de reſcrip.& in.c. ꝓcuratiões.de cẽ.

b ¶ Non tollitur p ius cõe. vide not. in.c.j.ſ.e.an,& qñ reſcriptũ,debet facere mẽtionẽ de priuilegio ad hoc vt tollatur.& plenè per Imol. hîc.

c ¶ C.j.de lit.cõte. li.vj.vide.iiij.declarationes ad illud cap.per.d.Fely.in.c.j.in.xvij.col.in ver. ma tradita in priuilegio. Nã aliâsillud priuilegiũ eſſet inutile:cum concernat ſingula reſcripta.& iſte eſt proprius caſus iſtius cap. Vnde falsò allegat per aliquos iſtud.c.ad probandũ, q̃ reſcriptum imperatũ cõtra priuilegiũ ,debet facere mentionẽ de priuilegio . Nam hoc non probatur hîc,ſed potius cõtrarium, quia hîc nõ dicit,vt debeat fieri mentio de priuilegio ſuper decimis,vel alijs,ſed ſolùm de ordine. & de hoc j latius. ¶ In gl.j.ibi,*præter hoc*.habent aliud priuilegium.dicit Io.an.q̃ hoc nõ eſt illud priuilegiũ.de quo tex.loquit.ſed Ioã. Cal.hoc reprobat & bene:quia priuilegiũ de quo loquitur tex.erat limitatè cõceſſum ,ſcilicet quando iſti conuenirẽtur ſuper rebus priuilegiatis,& ideò non debet extendi ad impetrationẽ faciendã ſuper rebus non priuilegiatis,quia priuilegiũ debet purè obſeruari in rebus,in quibus loquuntur:vt in.c.porro.de priui.ſed iſtud priuilegiũ,de quo gl. loquit,erat magis generale:quia cõcernebat omnẽ rem ratione,cuius poſsit cõueniri.Dic tamẽ,q̃ cùm de iſto priuilegio nobis non cõſtet,non teneretur iudex delegatus admittere exceptionem niſi fiat fides de priuilegio.arg.in.c. cũ perſonæ.de priuile.lib.vj. ſed reſpectu priuilegij, de quo loquitur text.ſufficit iſte tex.quia priuilegium eſt hîc [A] incorporatum[a]. ¶ In gl.vlt. a ibi :*ſuppreſsio enim dignitatis*.hęc ratio nõ eſt bona:quia reſcriptum hîc annullatur , non quia ordo ſit dignitas,ſed vigore priuilegij, quod Papa indulſit iſtis Ciſtercien.Et in eo , quod glo.dicit iſtũ tex.extendendũ ad religioſos habentes cõſimilia priuilegia, non intelligas .de priuilegijs ſuper decimis,vel cõſimilibus reb⁹ ſed de priuilegio,vt non teneantur reſpõdere: niſi fiat mẽtio de eorum ordine. ¶ In ea.gl .ibi *priuilegium non tollitur per ius commune*.[b] id eſt, per reſcriptũ impetratũ ſecũdũ ius cõmune. Nam vt dixi ſuper rubrica,reſcriptũ ſpecialiter ſumptum cõcedit ad iuris obſeruantiam. Et aduerte,quia licet gl.ſit vera ĩ ſe,nõ tñ fundit tollit contrariũ. Vnde dic poſt Io .And. & alios,q̃ iſtud priuilegiũ dabat formam reſcriptis ſingularibus impetrandis.vñ ſi reſcriptũ valeret:nõ ſeruata forma,inutile eſſet illud priuilegiũ.Nec tñ intelligas,vt.ſ .dixi , q̃ ſit fienda mẽtio in reſcripto de priuilegio . vñ ſi impetrat contra alios priuilegiatos ſup decimis,vel alijs,non eſt neceſſe,vt reſcriptum faciat mẽtionẽ de priuilegio,ex quo priuilegiũ concernebat ius peremptorium ad merita cauſæ.Quia per hoc reſcriptũ nullum fit præiudiciũ priuilegiato,cũ poſsit allegari ad merita cauſæ.Papa enim dando reſcriptũ nõ aliud facit:niſi q̃ mandat ius atq̃ iuſtitiam adminiſtrari,ſed in caſu huius cap.priuilegiũ inducebat dilatoriã,& nõ cõcernebat merita cauſæ, vnde ſi reſcriptum valeret,illud priuilegiũ eſſet inutile. ¶ † Cõclude ergo,cũ quæritur nunquid reſcriptum impetratũ cõtra priuilegium debeat facere mentionem de priuilegio,quòd aut erat reſcriptũ ad beneficia obtinenda , vel fallit.v.ſ.eo.ti.& ibi alle.iſtum hic poſt Imo.

d ✠ SEB. SAPIA. ¶ Priuilegiatus citatus. Cõclude, q̃ qñ citatio eſt nulla rõne pſonæ,ratione temporis,ratiõe cauſæ,& ratione loci:nõ teneť citatus cõparere rõne pſonæ põt intelligi tripliciter.Primò rõne pſonæ agentis,vt qñ appet agẽtẽ calũnioſè petere.de quo p gl.ĩ.c .veniẽs.ĩ ver.pp cõtumaciã .de accu.Itẽ qñ bãnitus ageret ſtante ſtatuto , q̃ bãnito nõ reddatur ius,vt per Io. an.in tit.de ſen.ſ. iuſta.ver.item no. Itẽ qñ ſeruus citaret dñm,vt p Ab. ĩ.c.prætereà.de dila.per Bar .in.l. ij. col.j.ff.ſi qs in ius vo.nõ ie. Secũdò rõne pſonæ rei cõuenti,vt qa ſit cleric⁹,vt hîc p Abb. & per Bal.in.l .generaliter.col.j. C. de Epiſ.& cle .facit tex.in.l.fi.cum ibi no.ff.de iuriſ. om. iudi. Tertiò rõne pſonæ iudicis,qñ eſt incõpetẽs.c.ſi duobus.de app.hoc eſt ſi delegat⁹ aliquẽ citauerit, nõ tenetur cõparere,vt p gl. in.c.accuſatus . in verbo manifeſtè. de hære.in.vj.quã tamẽ reprobat Feli.in.c.ſuplr̃is .de reſcri.eſt verũ, q̃ etiã iudex notoriè fit ſuſpectus, oportet cõparere vt p Abb.in.accedẽs.j.vt lit.nõ cõteſt. ¶ Secũdò prĩcipaliter nõ tenetur cõparere, quãdo eſt nulla rõne tpis.de quo p gl. in.l.j.in ver.nulli⁹. ff.de fer.in.c. planè.xv.q.j.Bart .in l.ſi aut qualiter . in princ .ff. quod vi aut clã.in.l.ex qua cũq;.col.ij.ff.ſi qs in ius voca.nõ ie. Abb.ĩ.c.fi.de fer. Tertiò qñ eſt nulla citatio rõne cauſæ,vt ſi iudex ſecularis dixerit in citatiõe q̃ cõpeat ꝑ cã ſpũali,vt p Bar.j.d.l.ex q̃cũq; Quartò qñ ẽnulla rõe loci.l.ij.cũdies §.ſi arbiter.ff.de arbi.ĩ . c. hortamur. ij.q.ix.c.expte.de app.cle.paſtoralis §.Piſana.de re iu. Feli.not.ĩ.c.olĩ.de exce.Et hęc ꝑcedũt,qñ p dicta ſunt notoria:ſec⁹,ſi aliquod ẽ dubiũ , vt hic p Fe.& lati⁹ ĩ. c.ſi duob⁹, de ap.

e ¶ Ad allegandũ priuilegium.vide hoc plenè per Moder .videlicet Barb. aliter priuilegiatiuum:& tunc nõ valet :ſi venit in præiudiciũ priuilegiati.& non facit mẽ
✠ tionẽ de priuilegio,quia eſt [B] ſurreptitiũ:cum ſit illi cõceſſum.& ſi Papa ſciuiſſet:non dediſſet reſcriptũ.& iſte eſt caſus ſecundum Inn. in c.cõſtitutus j.eo.Aut eſt reſcriptũ non priuilegiatiuum,ſed merè ad iuris obſeruantiam cõceſſum.Ei tũc aũt priuilegium aduerſarij cõcernebat merita cauſæ:puta,vt nõ teneretur ſoluere decimas.& tenet reſcriptum licet non faciat mentionẽ de priuilegio.Ratio,quia nullũ prẽiudiciũ fit priuilegiato:cũ poſsit de ſuo priuilegio excipere ad merita cauſæ.Vnde ſicut impetrans nõ tenetur facere mentionẽ de
c exceptione peremptoria cõpetente aduerſario,vt in.c.j.de lit.cõte.lib.vj.[c] quia ſaluũ manet ius aduerſarij,ita nec de priuilegio cauſante exceptionem peremptoriam.& hoc tenẽt Inno.& Compo.& cõiter doct.hîc.Et vt dixi probatur per illum tex.nã & ſi Papa ſciuiſſet de priuilegio nihilominus reſcriptũ conceſsiſſet,quia fortè priuilegiatus renuntiauit priuilegio,vel eſt prẽſcriptũ,vel quid ſimile . Aut priuilegium aduerſarij cõcernebat exceptionẽ dilatoriã,vel dabat formã reſcriptis impetrãdis,& nõ valet reſcriptũ,quia aliâs priuilegiũ eſſet inutile,ſi non poſsit excipi contra te reſcriptũ in vim dilatoriæ.& iſte eſt proprius caſus iſtius.c.& vide ad materiã,quę dixi.ſ.c.j.

4 ¶ † Et in fi.gl.no.bñ caudã hui⁹ gl.ex qua col
d lige,q̃ priuilegiatus citatus [d] contra priuilegium ſuum tenetur venire ad allegãdũ priuilegium [e] ſuũ:aliter tenet ſnĩa contra eum lata. Hoſt.dicit,q̃ excõicatio:vel alia ſnĩa eſſet nulla.Sed concorda ſic ſecũdũ Io.Cald.q̃ aut ſumus in terminis huius ca.& tunc ſnĩa eſſet nulla:ex quo reſcriptũ nõ facit mentionẽ de ordi
✠ ne.Ratio,quia notoriè cõſtabat [C] iudici, q̃ religioſi nõ tenebantur cõparere.& bene loquitur.

5 † Nam dico generaliter,q̃ vbicũq; notoriũ eſt citatum nõ teneri ad comparẽdum, nõ põt iudex procedere cõtra eum:vt contra cõtumacẽ.ad hoc bo.tex.cũ gl.in.l.non videť fruſtrãdæ dilationis cã latitare.ff.de iudi.& vide tex.in cle.paſtoralis.in.§.Piſana.& ibi bo. glo. de iudicijs,.& gl.in.c.veniens.de accu.& in. c. ſi Eps,.iij.q.ij.per Inn.in.c.ij.de dila.& per Barto.in.l.ij.ff.ſi quis in ius vo.Sed in alijs terminis præter iſtũ tex.vbi notoriè ¦nõ cõſtaret absentẽ non teneri ad comparendũ procedat illa gl.ſecũdũ eũ,vt ſnĩa teneat cõtra,priuilegiatũ nõ cõparentẽ. ¶ † Et no.q̃ dixi,qñ notoriè
6 nõ cõſtat.Nam facit:q̃ ſi Eps citat iſtos fratres mẽdicãtes,qui notoriè ſunt exempti & iandudũ tolerati in priuilegio exemptionis,q̃ ipſi non tenentur cõparere etiã ad allegãdũ priuilegium eorũ.Et no qa in hoc multi ſimplices iudices decipiuntur. ¶ Et inquantũ gl.dicit,& Cal.poſt eã,q̃ ſnĩa teneret cõtra priuilegiatũ nõ cõparentẽ:ego aliter dico.ſ.q̃ ſnĩa cõtumaciæ punitiua teneret,quia in illa eſt iudex , vt in.l.vnica.ff.ſi quis ius di.non obtem.& in.d.l. ij.& in.c.ſuper literis j.eo.ſed ſuper principali

A Et ideo eſt dicendũ de huiſmodi priuilegio, ſicut de iure cõmuni glo. in verbo corporali. de electio. c. vt circa. Sed ius eſt notorium.c. ſæpe. de appell. in gl.r. ergo & priuilegiũ clauſum in iure.probari igitur nõ debet.

B Et literæ ad beneficia ſubreptitiæ , ſunt ipſo iure nullæ. c. 2. de fil. presb.lib. 6.& idem in.c. cæterũ.ſ.eod.

c Vel ſaltem cõſtare debebat: quia erat expreſſum in iure, quod iudex ignorare non debet.c.r. j. de conſangui. & affinita.

Cap. Eam te. Panor super Prima parte Primi.

& per Fely.in.x.co.in ver. ad allegãdũ priuilegiũ.& vide plenè p Mod. in no.meis.in ver.iurisdictio in no.incip.Do tibi pulchras. Et adde istũ in.c.si diligenti.in vlt.col.de fo.cõpe.& in.c,cũ querẽte.in.ij.co.de resti.spolia.& gl.j.in fi.in.c.fi.xiiij.q.Nã dedi.xij.limitatiões ad.d.l.si quis ex aliena. ff. de iud.& ad.l.ij.ff.si quis in ius voca.non ierit.cũ si.vide omnino in dictis not.

a ¶ Nõ venit electꝰ. Adde tex.in.c. tã literis.de tes.& ibi istũ in.j.no.Bal.l. si nõdũ.C.de furt. post prin.& vide glo.in.c.j.de reli. do.& ibi Do.& quæ alleg.Do. in proœ.Sexti.in Salutatione,in.ij.co, Bal,in proœ.Decre.in.vij.col.tex. cũ gl.in proœ.cle. in ver.põtificatus. & ibi istũ ĩ gl.iiij. in data.vj.li b.Frã. Vercel.in.c. accedẽtibus.j.de excep. prela.p illũ text. Idem Arch.in.c.j. de pœni.& remis. in.vj.tex.in.c.nostri.in ver.ligonẽ fis electus.de ele. & ibi istũ in.ij.no. tex.in.c.post trãslationẽ.de renũ.& ibi But.in.j.no.& in.c.cũ post peti. ta.de elec.& in.c. ad audientiam.de spon.& in.c.j.de testi.cogẽ.& in.c. dilectus.de pur.cano.& in.c.quod si cut.de ele.& in.c. cũ dilecti. de do. & cõtu.& But.cõsil.xix.ĩ noĩe &c. qa hîc agit in.ij.colũ.Ana.post Car. in.c.meminimus, in fi.de accu.Old. cõsi.xiiij.in.ij.col. do.in.c. sicut illi. xl.di.p illũ tex.& Imol.in cle.j. de pœ.in.ij.col. Archi.Pau.& doc.in c.pe.de offi.ordi. in.vj.gl.in clemẽ, j.de fi.presby.Inno,& istum in.c. de multa.de prẽb. facit.c.ad honorẽ. &.c.nisi.de autho. & vsu.pal.p istũ ĩ c.cũ apostolica. ĩ fi.de his,quæ fi. à præla.& in.c. in eos.de hære. facit tex.cũ gl.pe.in. c. cũ Eps.cũ gl.de offi.ordi.ĩ.vj.& tex. in.c.ex literis. de excess.præla.ad fi. Do.in.c.fi.de reg. iur.in.vj. Do.post non valeret sna,esto q̃ esset casus,in quo posset ꝓcedere lit.non cõte. Et rõ quia est lata à iudice nõ suo,& ideo si iudex vult valere sentẽtiã sup principali,pronũtiet se prius iudicẽ cõpetẽtẽ:& tũc & postmodũ ꝓcedat in principali,quia illa ꝓnuntiatio authoritate iuris facit eũ iudicẽ,licet nõ esset.hoc est de mẽte Inno.in.d.c.ij.de dila.& Bar.in.l.ij.si quis in ius voc.præalleg.& hoc bene no.& vide quod no. Jo.An.in regul. scienti.de reg.iur.li.vj.in mercu.vbi satis plenè de materia ista.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum missum capitulo sede vacante, debet mãdari executioni per Episcopum postea electum.*
2 *Episcopus non dicitur ille, qui licet sit electus & cõfirmatus, non tamen consecratus. & appellatione Episcopi non venit electus & confirmatus.*
3 *Ecclesiæ nomine venit capitulum & non Episcopus.13.*
4 *Mandatum & præceptum differunt.*
Mãdato superioris, qui nõ obedit sine causa, peccat.
Data rescripti est attendenda, dum quæritur de validitate, vel surreptione rescripti.
6 *Canonicus an possit etiam esse Archidiaconus in eadem ecclesia, & habeat duas voces.*
7 *Iudæus factus Christianus est capax beneficiorum.*
8 *Mandatum factum capitulo de conferendo, non extenditur ad singulares canonicos habentes potestatem conferendi alio modo, quàm capitulari.*
9 *Capitulum non succedit in ius Episcopi, quo ad collationem beneficiorum.13.*
10 *Mandatum factum alicui, vt executori & delegato, non expirat per creationem ordinarij.*
11 *Intellectus iuris non debent trahi ad gratiam.*
12 *Vniuersitas, capitulum, vel collegium illud, quod habet in mandatis, an sit obseruandum per singulares personas. & an contraueniens puniatur.*
13 *Capituli appellatione non venit Episcopus ex propria & stricta significatione.*
14 *Vicegerens obtinet locum illius, cuius vicem gerit: & quicquid rescribitur sibi est mandatum executioni per illum cuius vicem gerit, etiã quòd sit creatus post commissionem datam vicem gerẽti.*
15 *Copia rescripti, debet exhiberi cum nomine Papæ.*

CAP. VII.

EAm te. ¶ Legitur varijs modis, sed cõmuniter summat sic. Si sede vacante scribat capitulo, vt præbendam alicui cõferat, Eps de nouo creatus, illud adimplere tenetur. ¶ † Vel summa aliter & spãliter secũdũ lec. cõiter approbatã. Si sede vacãte scribit capitulo, vel gerẽti vices Epi, vt p̃bẽdã aliqui cõferat: si creatus Eps nõdũ executo mandato, & ad eũ spectet collatio præbẽdarũ illud adimplere tenetur. Diuiditur in quinq̃ partes. in prima ponit mandatũ, in secũda exe cutionẽ capituli ibi: *ipsi verò*. Tertiò excusatio nem epi, ibi: *cum itaq;*. Quartò illius excusatiõnẽ reprobat. ibi: *quod nullatenus*. Quintò antipophorizat. ibi: *pro eo*. ¶ Casus literalis. Quidam Iudæus de nouo cõuersus ad fidem ecclesia Tornacen. vacante impetrauit literas cõtra Decanũ & capitulum ecclesiæ Tornacen. vt ipsum reciperẽt in canonicum & in fratrẽ: & præbẽdã conferrẽt eidẽ. ipse verò literas suas præsentauit Decano & capitulo ipsi respõderũt, q̃ ad eos nõ pertinebat collatio præbẽdarũ, sed ad Epm Tornacẽ. ipse præsentauit literas Epo reqrẽdo ipm, vt qđ Papa mãdauerat adimpleret, & Eps rndit, q̃ nullũ receperat à dño Papa mandatũ, & sic infecto negotio redijt ipse ad Papã. Modò ipse Papa scribit Epo Tornacen. dicens, q̃ si datã literarũ diligẽtius attendisset, nullatenus repulisset eundẽ, quia tpe illo, quo literæ datæ fuerunt, ipse erat de capitulo, tanquam qui erat Archidiacon⁹ eiusd dã ecclesiæ. Nec erat adhuc in Epm cõsecrat⁹. vñ nõ poterat allegare, q̃ nõ recepisset mandatũ. Ber. ¶ † No. j. ibi: *tuam promotionem*. iuncto fine. ibi: *consecratus*. q̃ ante, quã quis sit cõsecratus in Epm nõ põt dici promotus. facit. c. trãsmissam j. de ele. Ita collegit dic Franc. Vercel. Sed tu vide tex. op. quẽ tenebis mẽti. in .c. tua. de his, q̃ fi. à præla. vbi probat, q̃ electus & cõfirmatus nõ põt adhuc dici Eps, si nõ est cõsecratus, sed appellat electꝰ quasi cõsecratio cõfirmet nomẽ & dignitatẽ epalem. Ad hoc. c. nisi. fi. de autho. & vsu. pal. vñ appellatione Epi, nõ
a venit electꝰ & cõfirmatꝰ nõdũ cõsecratus. vide tex. & glo. in cle. ij. de celebr. miss. Et idẽ qđ dixi de electo & cõfirmato, ꝓcedit etiã in ꝓuiso p Papã: qa talis prouisio habet vim
b electiõis & cõfirmatiõis: vt no. Inn. in. c. olim. de
3 cau. pos. & ꝓprie. ¶ † No. ij. ibi: *Decano & ecclesiæ*. q̃ noie ecclesiæ veniat capl'm sine Epo, ad idẽ. c. reqsistij. de test. Alibi tñ dicit, q̃ Eps est in ecclesia. vij. q. j. scire. sed illud ꝓcedit lar
c go sumpto vocabulo, ad hoc, qđ no. gl. in cle.
4 vt hi, q. de æta. & qualita. ¶ † No. iij. ibi: *mãdatum & præceptum*. q̃ differẽtia est inter hęc. & capit hîc mãdatũ ꝓ literis monitorijs. præceptũ ꝓ literis p̃ceptorijs. Nã olim dabant tria paria lrarũ, vt monitorię, p̃ceptoriæ, & executoriæ. de quib⁹ in. c. mãdatũ. &. c. literis. e. Et ex hoc infertur, q̃ mãdatũ nõ necessitat, sed p̃ceptũ sic. In cõtrariũ facit. c. si qñ. s. eo. Ideo dico, q̃ mãdatũ ex se nõ ĩportat necessitatẽ. & ita capit p totũ ti. ff. &. C. mã. Sed vbi mãdatũ fit à superiore simpliciter peccat qs nõ obediẽ do mãdato sine cã rõnabili. Sic loquit. c. si qñ. hoc sentit Archi. post Vinc. in. c. fi. §. qđ p̃cipit.
5 xiiij. q. j. ¶ † No. ibi: *si datam literarum. &c.* q̃ ĩ
e cõsiderãdo vim rescripti, & in cõiecturando

d ¶ Et confirmationis. Adde Calde. consi. iiij. de elec. vbi dicit, q̃ tale currit tẽpus cõsecratiõis à die prouisionis, si sit præsens.

c ¶ Gl. in cle. vt hi, qui. in ver. eisdẽ. vide istũ in salutatione Greg. in. vij. co. & ibi plenè p do. Feli. qñ appellatione collegij venit caput, & appellatiõe capituli, nõ venit Præpositus capituli, & similes Do. in. c. fi. in. iiij, col. de præben. in vj. per tex. hîc ibi: Decano & ecclesiæ. & tales nõ habẽt vocẽ, vt p Inno. in. c. ij. de insti. per do. meũ in. c. cum deputati. de iudi.

¶ Mãdatũ & præceptũ. quinq; differentias videas hîc per Moderni. inter mãdatum & præceptũ. glo. & Bar. vide in. l. sępe. ff. de offic. præsi. Car. in cle. j. in. vij. no. de iudi. Ioã. de Imo. in cle. sæpe. in ver. mãdatũ. de ver. sig. Imo. in cle mẽ. fi. in. iiij. co. ibi: secũdò q̃ro. de ꝓcur. Bar. in. l. & qa. in. j. col. ibi, declaro tibi. & ibi Ange. & Bal. ff. de iurisdi. omn. iu. p Archi. in. c. quod p̃cipit. xiiij. q. j & no. in. l. j. ff. quod iussu. & vide Bal. docto. in. l. fundi. §. item si amicus. ff. de acq. pos. Paul. Io. de lig. Ioan. de Imo. Pet. de Anc. & alios in cle. pro curatorẽ. de ꝓcu. Et vide gl. ad prædicta, insti. de Attili. tu. §. sed hoc iure vtimur. in ver. iussione. Et pondera gl. nõ allegatam ab aliquo in clemen. pastoralis. in ver. de mor, de re iud. & dixi in repetit. mea. c. grandi. in. ver. mandatũ. de supplen. negli. prælato. li. bro sexto,

Archi. in. c. illud. in. iij. col. xxiij. dist. glo. in cle. j. circa med. ver. ego. N. in ver, futurus. de iureiur. Ang. & Saly. in. l. bene à zenone. C. de quadri. præscri. Bal. post Old. in. l. Athletæ. in prin. ff. de exc. tu. in ver. doctoratum. in cle. ij. de magistris. In contrariũ vide gl. in cle. j. gl. in ver. Episcopis. de foro compe. & quòd voluit Do. in. c. j. de iureiur. lib. vj. Dicas illas procedere, quando in electo & confirmato est eadem ratio, quæ est in cõsecrato. & prædicta extenSEB. SAPIA. ¶ Vim rescripti. Vide ad hanc materiã nonnullas pulchras quæstiones, quas ponit Bal. in. c. constitutus. in. iij. co. ver. quæro vlterius. j. eo. quas adde a d no. per Fely. hîc. & circa hoc in quibusdã apostillis. Do. And. Poma. ponit quandam quæstionem, quæ contigit de facto. quidam fuit præsentatus hodie à dimidia parte patronorum, mittit Romam surreptio-

pro habenda prouisione gratiosa,& narrat Papæ se præsentatum â dimidia parte patronorum. Ante,quàm autẽ Papa concederet per vnam diem ante,maior pars patronorum variat,ita ꝙ desinit esse maior pars, Papa dein de concedit,quæritur,an valeat illa impetratio? videtur ꝙ sic,quia non põt imputari aliquid impetranti. Sed in contrariũ est veritas,per illud quod dicit Abb.in.c. constitus. in secundo no.j.eo.

a ¶ Datam]rescripti. Adde quod do.de Rota in deci. suis anti.dicũt,ꝙ ex eo quòd inspicitur tẽpus datæ valet cõcessio facta canonico: licet desinat esse canonicus.

b ¶ Archidiaconus. dicã in.c.cũ olim. hîc alle.& in.c.ex literis.de prẽb.

c ¶ Iudæus. Adde quod Romanus singu. suis incipi. nunc veniam⁹ ad lucrum panis. dicit,ꝙ Neophytus nõ põt assumi ad officia ecclesiastica.alleg.glo. sing. xvij.q.iiij.c.constitu.tu vide.

d ¶ Trahendi ad gratiã.vide Archi. & Io.An.in.c.si cui. de præben. in. vj. & ibi Do.istum in c.quoniã.de deci. & in.c.ij.in.iiij.co. de resti.spo. Ang. in.l.fi.ff.de prẽto. stipu.Ro.in repe. rub.ff.de arbit.c.j. in ver.ad plenitudinẽ gratiæ vos accepimus.in tit. de pa.constan.tex.in c.fi.in ver. ad gratiã confirmatiõis admittimus.de fortileg.& in.c. dilectus.in ver.nostrã meruerit gratiam. de tẽpo.ordi.& faciat gl.in.c.consultationi.eo.ti.& in.c.cũ olim.el.j.de priui.& in.c.j.j.q.v.in ver.pro magna misericordia concedimus.c.veniens.de renũ.c.cum olim.ne dolo.& contu. in ver.misericorditer.facit.l.Paulus.ff.de fideicõ.liber.

e ¶ Non afficit singulos.intellige secundum Rotam de cõsti.j.de cõcess. præben.xij.in antiquis.& sequitur Do.in.c.fi.de præben.in.vj.

f ¶ Mandatum singulis.vtrum actus cõcernat singulares de capitulo,an totum capitulũ per.c.Episcopus.§.qui manumittitur.hîc alle.No.istam differentiam ad multa allegata hîc per Feli.in.xviij.col.in ver.aliud singuli.

ZACHARIAS. ¶ Adde Iaco.Rebuf.latius,quã per alium in.l.fi cũ te.nu. 2.& in additio.& nu.4.& etiã in addi.C.de decu.lib.x.eundem.in.l. actores. nu.j.& in apostil.C.de exac.tribu.eo.lib.

Ant. Fran. ¶ Aduertendũ est,ꝙ vbi aliquid est faciẽdum per vniuersitatẽ, siue per collegiũ,illud nõ põt expediri singulariter ꝑ singulos de vniuersitate,sed debet expediri per vniuersitatẽ specialiter ad ipm actũ gerendũ cõgregatam. Imo vbi agitur de preiudico vniuersitatis,nõ sufficit citare maiores de vniuersitate & presidentes,nisi congregetur vniuersitas.vt per Inno. in.c.fi.de ma.& ob.& per gl.in.c.si cap.de cõcess.præb.li.vj. Qualiter aũt singulares de vniuersitate debeant se opponere actibus,qui fiunt per vniuersitatem. no.doc.in.c.in generali.de elect.lib.vj. Imo dixit Bar.in.l.ij.C. de decu.lib.x.& in.l.actor.ff.rem ra.ha.ꝙ actus factus ab vniuersitate,de cuius cõuocatione ad actum nõ apparet,non valeret. & vtrum singulares de vniuersitate in actionibus & causis institutis contra vniuersitatem possint excipere,quando exceptio competit singularibus personis. vide Inno⁹.in.c.ad petitionem.de accu. Et an singulares de vniuersitate possint comparere pro causis vniuersitatis,vide Ioan.An.in.c.Romana.de sent.excõ.li.vj. quinimo vniuersitas tota posset comparere,si vult,vt est tex.in.c.ij.de ꝓtranslatio. Epi & an pro debito vniuersitatis possint capi singulares personæ, habetur ꝙ Bar.in.l.iiij.in.§.actor.ff.de re iud.& per gl.fi.in.c.cum dilecta.de rescri. & per Spe.in tit.de censi.in.§.ij.in ver.quid si aliqua vniuersitas.& in ver. quid si aliquis. Et anvaleant singulariter gesta per hoïes de vniuersitate, nõ si mul conuenientes habetur per Bart. in.l.si quis à filio. in.§.j.ff.de lega.j. & an illi de vniuersitate debeãt expellere singularẽ excõmunicatũ,vide Inno.in.c. cùm Vintonien sis. de ele.Et an punita vniuersitate pro delicto possint nihilominus singulares personæ culpabiles puniri de eodem delicto.vide quæ habentur, & no.in.c.fi.de pœ. li.vj. Et an quod facit vniuersitas, videatur factum à singulis,vide gl.in l.sunt.ff.quod cuiusq; vniuer.no.& per Bar.in.l.aliud in.§.refertur.ff.de reg.iur.& vtrum vniuersitas possit accusari pro homicidio,vide Ange. in consi.suo.clvij. incipi. super hoc. Et an in maleficijs quæ facit maior pars vniuersitas, videatur tota vniuersitas fecisse.vide quæ habentur in.l.metum.§.ani maduertẽdum.ff. quod met. causa. & vide gl.in.l.j.ĩ prin.ff.de magist. conue.Et adde,ꝙ si vniuersitas committit delictmu⁹, exquo venit imponenda pœna personalis fit commutatio in pecuniariam,vt nota.voluit Innocen.in capi.grauem.de senten.excommu.

surreptionẽ ipsius,debemus attendere ad datam rescripti. [a]Ea aũt quæ accidũt post datã, nõ alterãt rescriptũ.facit.c.si eo tpe.de rescri. lib.vj. ¶ †Item no.ꝙ etiã secũdũ ista tpa quis 6
poterat esse canonicus & Archidiaconus [b] in b
eadẽ ecclesia. An aũt de iure cõi hoc possit fieri,vide tex.cũ gl.in.c.j.de cõsue.lib.vj. Et an talis debeat habere duas voces in capto.dic,vt dixi in.c.cum olim.de re iu. ¶ †Vltimò no.ꝙ Iudæus [c] factus Christian⁹ est capax beneficij ecclesiastici.& põt impetrare etiã in ecclesia cathedrali. nec est cõtẽnẽdus: quia fuit Iudæus, sed cõmẽdãdus: quia ad fidẽ cõuersus. ¶ Opp. cõtra tex. videtur em ꝙ Eps nõ tenebat aliquo modo ꝓuidere isti. Aut em fuit scriptũ capitulo tãquã ordinario collatori:& tunc literæ debẽt esse nullæ,ex quo capitulũ de iure nõ habebat potestatẽ cõferendi. nec debet teneri Episcopus ordinarius collator,quia mandatũ factum vni nõ extẽditur ad aliũ: quia Papa nõ intẽdit illũ grauare, †quin imo plus dicit tex.no. ĩ 8
c.fi.de præben.lib.vj.ꝙ mandatum factum capitulo de conferẽdo,non extẽditur ad singulares canonicos habẽtes cõferẽdi potestatẽ alio iure,quã capitulari. † Aut fuit scriptũ capi.tãquã succedẽti in ius Epi:& stare nõ potest: qa 9
capitulũ non succedit Epo in collatione beneficiorũ,vt in.c.ij.ne sede vac.& clarius in cap. vnico.eo.ti.lib.vj. ¶ †Aut fuit scriptũ capit. 10
tanquã executori delegato apostolico:& tunc nõ debet expirare mandatũ per creationẽ Epi: quia per deputationẽ executoris eripitur potestas de manibus ordinarij.& transfertur in executorẽ: vt in.c.si soli.&.c.si capitulo. de cõces.præbẽ.lib.vj. ergo malè dicebãt ibi canonici,ꝙ collatio nõ spectabat ad eos. Sol. ꝓpter hæc cõtraria & similia hoc.c.legit varijs modis. ¶ Gl.in verbo infecto negocio. Ponit primum intellectũ,ꝙ de honestate & nõ necessitate hîc Episcopus adstringebatur. Hunc intellectũ secuti sunt quidã,vt dicit Inn. dicẽtes hoc.c.cõtinere gratiã in fauorẽ istius nouiter cõuersi ad fidem. Iste intellectus cõmuniter nõ recipitur: quia nullũ verbũ positũ in tex. sapit 11
gratiã. † & intellectus iurium nõ sunt trahendi d
ad gratiam[d],vt not.in.c.ex parte Adæ.de test. ¶ Itẽ quia hoc.c.superflueret hîc,& de nihilo seruiret,cõtra id,quod habetur.s.ĩ procœmio. ¶ Ideo glo.fortè potuit secundũ intellectum dicens,ꝙ de iure tenetur Episcopus prouidere: sed non reddit rationẽ quare. Sol. enim reddit rationẽ respectu capituli.& non respectu 12
Episcopi. Sed ex gl.seq. †tu potes corroborare istam lec.in eo,ꝙ dicit,ꝙ mandatum factũ capitulo,videt factũ cuilibet de capitulo. Et sic si nõ põt adimplere tẽpore mãdati, debet adimplere cũ põt,ita ad ꝓpositũ tpe mandati iste Eps erat de capitulo,& ideo mãdatũ affecit eũ,vt singularẽ:& sic tenetur nunc cũ est Episcopus:& potest illud adimplere. ¶ Sed cõtra hanc lec.facit.c.Episcop⁹.§.qui manumittitur.xij.q.ij.de quo gl.in fi.opponit & nõ soluit vbi dicitur,ꝙ id quod est vniuersitatis nõ est singulorum. Et sic videtur,ꝙ mãdatum factũ
e capitulo non afficit singulos [e] quinimo,vt dixi ad propositũ videtur tex.in oppositum in.d.c. fi. ¶ Itẽ,vt notanter dicit hîc Inn. quando mãdatur capitulo id,quod consistit in iure, non
f videtur mandatum singulis [f],vnde singuli singulariter non possunt illud exequi:vt si mandatur,ꝙ eligant,vel ꝙ præbendã cõferant,vel quid simile. Secus si mãdatur capitulo aliquid
g consistens in facto.[g] quia tunc quilibet potest
h & debet adimplere mãdatũ,[h] vtputa,si præbẽda alicui collata per Papam: Papa mandat,vt illũ recipiãt in canonicũ. Nam hæc est nuda receptio facti,quæ non exposcit actum collegiale: ideo si collegium non vult simul facere, quilibet de collegio tenet facere. Et no.singulariter hãc theoricam,quia facit ad oẽs vniuersitates,quibus aliquid mandatur per superiorem. Host. tamen hîc aliud sentit,sed latius lo

g ¶ Consistens in facto. Adde Inno.in.c.bonæ.la.ĩ.super verbo.temerè recedit.de postu.præla.Archi.in.c.j.in fi.in.iij.dist.Fede.consi.ccxcj.qui in præsenti.in.v.co.ibi.Item illã repeti.Pe.de Ancha.in.c.cum aliquibus.in.j.eo.de rescrip.in.vj.Imola.in.c.cum omnes.in.xj.col.s.de cõstit.Domi.in capitu. eum qui.quasi.in fin.de dolo & contuma.in.vj.& in.c R.omana.§.in vniuersitatem.in.j.eorum.post Inno.& Ioa.an.ibi.de senten.excommuni. in. vj. Istum in sermone incip.maximum:habito in consilio Basilien si. fol.27.ver. prætereà in schedula dicebatur. But.in.d.c.bonę.in.xv.colum.ibi nota glos. Innocen.in.c.irrefragabili.in prin. de offi.ordi.sequitur Flori.in repetit.l.ciuitas.in.iiij.colum.ff.si certum petatur.Francis.Paui.in tract. de potestate Cardi.sede vac.fo.5,col.vlti. in prin.Io.andræ.in.c.si capitulo.in.j.colum.de concess.præbend.in.vj.& Bal.in.l.sicut.ff.quod cuiusq; vniuersi.no.& Rotam de concess.præben.xv.in nouis.in prin.licet aliter sentiat Domi.in cap. si capitulo. ij.colum.post Lap. Sed salua & dic procedere in actu iuris collatiuo.

h ¶ SEB. SAPIA. ¶ Adimplere mandatum. Vide Roma.in consil. cccc. quæritur.vbi ponit,an statutum cogens ad compromissum,comprehendat vniuersitatem,vide domi. Iaf.in.l.si quis maior.C.de transactio.vbi tenet,ꝙ pœna illius leg. habet locum in vniuersitate,quando illi de vniuersitate iurarent,& ita dicit per multa se consuluisse. Contrarium tamen tenet ibi. d. Tho. parpalia.in prima qõne suæ repetitionis per multa de quib⁹ ibi ꝑ eũ,

a ¶ Gerenti vices. De materia vices gerentis, vide Cardi. in clemen. j. in. vj. oppo. de off. vica. Ange. Are. inſtit. de exceſ. in rubri. fo. 2. in. in. iij. colum. Bar. in. l. ſi filius. ff. de leg. do. meum Barba. in. c. ſanè. Jo. ij. de off. lega. in. j. no. & in c. j. in. xiiij. colum. de offi. leg. & plenè per Alex. in rub. de off. eius cui manda. eſt iuriſdi. & Ludo. Roma. ſing. cccl vij. incip. nunquid vicerector. & faciat quod voluit hîc Abb. antiquus quem refert hîc Feli. quem omnino vide, vbi limitat, & à limitatiõe excipit duos caſus.

¶ Adde tu, q̃ hũc intellectum approbant. d. de Rota. deciſio. ccclx. in antiqs deſcriptis. Anto. Franciſ.

¶ Quis dicat vices gerens, & ſic differentia inter vices gerentẽ, & vicariũ. vide Bart. in l. ſuggerẽte. C. de of. eius, qui vi. alterius ge. & an vices gerẽs poſsit facere oĩa, quæ põt ipe principalis. vide Bar. in. l. j. ff. de tuto. & cura. datis àb his. Et an vices gerens obliget principalẽ, proquo gerit vices pro geſtis ſuis. vide gloſſ. in ver. poſtliminij. circa fi. inſti. de Atilit. tu. Et adde, q̃ vices gerens alicuius debet honorari: ſicut ille cuius vices gerit. vt eſt gl. in. c. cũ voluntate. de ſen. excõ. & videt tex. in. c. fin. cxiij. di. & gl. in. c. cùm olim. el. ij. de offi. deleg. & facit tex. in. c. accuſatio. ij. q. vij. & in. c. Felicis. de pœ. lib. vj. & vide tex. in. c. in nouo. xxj. di. & in c. nobiliſsimus. xcvij. diſt. & in. c. honor. ij. q. v.

b ¶ Tempus datæ. vide tex. in clemẽ. fi. de reſcript. & in c. fi. j. eo. & in. c. tibi, qui. & c. duob⁹ eo. tit. libr. vj. facit c. ſi ſuper. de offi. dele. eo. lib. & c. ſi eo tempore. eo. ti. in. vi. facit gl. in. c. ſtatutũ. in ver. canonicis. ad fi. de reſcript. lib. vj. Et dicas hoc eſſe verũ in beneficialibus: ſecundum Inn. in. c. capitulũ. j. eod. in. v. colum. & in. c. in noſtra. in. ij. col. eo. titu. reprobando gloſſ. ij. in prin. ibi. & in. c. Abbate. in. j. col. j. eo. reprobando gl. j. ibi fallit iſta regula. in vj. caſibus hîc pulchrè diſcuſsis per Fely.

c ¶ In. c. j. de conſuetu. lib. vj. vide ibi Domi. in. ij. col. in ver. eſt ergo videndum. & in. ij. col. ibi, ex his deciditur, quod de plebanis.

c ¶ De nobilitate. vide hîc do. meum Barb. & Fel. in. j. colum. & not. in. c. de multa. de præben. in ver. ſublimes. & Ludo. Ro. ſing. xxviij. incipien. nobilis. & faciunt plures regulæ cancellariæ præſupponentes nobilitatem potius iuuare, quàm impedire.

ZACHARIAS.

Prīcipes & Impatores facit, & fecit: quāuis in. c. Adrianus. lxiij. dist. dicatur, ꝙ Carol⁹ rex cōstituerit synodū cū Adriano Papa. nō est intelligēd⁹ ille tex. quòd ei⁹ authoritas in cōuocatione synodi cōcurrerit cū authoritate Papę: sed quòd ipse exequēdo authoritatē Papę & eius volūtatē: illā synodū cōgregauerit: vt ꝓximè dictū & declaratū est. Ea enim, quę sunt facta authoritate Papę: illa dicūtur esse facta ab ipso Papa: qa ea nostra sunt, qb⁹ authoritatē nostrā īpartimur: vt in. l. j. circa fi. de Iustini. Codi. cōfir. Et aduertaꝯ, quia si inueniaꝯ ali qñ iussu Imperatorū Eꝑos cōueniſſe, tñ tales Eꝑorū cōuētus, vniuersalia cōcilia nō sunt dicēda: nisi tales cōuentus essent suffulti authoritate Romani pōtificis: vt in. c. bene quidē. xcvj. dist. & in. c. multis. xvij. di. ficq́; ergo dicendū est, quòd si aliquādo Imperatores vniuersalia concilia cōgregarunt: talē cōgregationē fecerūt authoritate Papę, & nō ex seipsis, & istud sine dubiò facere potuerūt & debuerūt exequētes mandata Apostolica: sed principaliter & ex se nō possunt istud facere: nisi forsan aliquo casu, de quo ēt. j. fiet mentio. ¶ Tertiò puto limitandā esse regulam: de qna suprà: quādo aliquis casus occurreret, in quo imminēti periculo ecclesię nō posset obuiari, nisi mediante cōcilio vniuersali, & Papa nollet illud in veritate cōuocare: tunc alius à Papa: vt. j. declarabitur poterit concilium conuocare. aliâs in manu vnius hominis esset fidem Christianam & statū ecclesiæ vniuersalis subuertere. Hoc enim casu, si vniuersali ecclesię periculū immineret: & Papa requisit⁹ per do. Cardinales & p alios ecclesię ꝓlatos & p Principes nollet cōgregare vniuersale concilium, neq; dare authoritatē congregandi: quia tunc talis habendus esset, vt suspectus de hæresi: & redderetur suspectus in fide: posset cōgregari concilīū p reuerendissimos do. Cardinales: vt fieret debita & necessaria prouisio: vt videt apertè probari ex tex. in. c. error. lxxxiij. dist. Error enim cui nō resistitur: approbatur: & cùm veritas minimè defendit opprimitur. Nec caret scrupulo iso cietatis occultæ, qui manifesto facinori desijt obuiare. Tamē nō vr̄, ꝙ iste casus posit occurrere: cùm ecclesię status periclitari nō posit: licet forsan posset nauicula Petri aliqualiter naufragari. Vñ dicit Matthęi vltimo c. Ego autē vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi: nisi forsan ꝓpter bellorū disidia & discordia inter Christianos: sicut dicit eueniſſe & factū esse ante tempora Constātini: vt habeꝯ in. c. canones. xv. dist. ita quòd ex talibus disidijs & discordijs facilè posset imminere periculum ecclesiæ & eius status. quod, vt dixi, non video quomō posit accidere: cū semper in maioribus casus statuerint antiqui patres esse ad ecclesiam recurrendum vt in. c. rogamus. xxiij. q. j. tñ si casus occurreret, vel quòd esset periculum alicuius erroris inter Christianos: vel quòd status ecclesiæ periclitareꝯ tūc putarem, quòd cōgregatio cōcilij vniuersalis, qñ Papa req̄situs non vellet hoc facere, spectaret ad reuerendissimos do. Cardinales. ¶ Quartò etiā dico p dictā regulā, ꝙ solus Papa cōgreget cōciliū vniuersale, vel eius authoritate per aliū cōgregetur: nō habere locū, in casu quo Papa apud graues & doctos viros esset diffamat⁹ de hæresi: q̄ infamia sine scandalo ecclesiæ, vel periculo fidei dissimulari, aut tolerari non posset. Hoc enim casu talis practica videreꝯ esse seruāda: vt primò ipse Papa p do. Cardinales requireret sup cōgregatiōe talis concilij: aut ipsis reuerendissimis cardinalibus negligentibus p aliquos alios fideles req̄reret, vt ipse Papa aboleret â se talē infamiā publicè cōfitēdo catholicā fidē: maximè circa articulū, vel articulos de quo, vel de qbus diffamabaꝯ: & hmōi confessionē per bullas & papales literas denūtiare illis, apud ꝙ quos talis infamia decurrisset. Et hmōi practica & modus vr̄ fuisse obseruata & obseruatus circa Paulū Apostolum: vt habeꝯ in actibus Apl̄orū. xx. c. vbi habeꝯ, ꝙ cùm Apostolus esset diffamatus apud credentes ex Iudæis, quòd ipse p̄dicaret legē Moysi non esse seruandam, consilio beati Iacobi & seniorū, qui Hyerosolymis cōgregati erant eū eo, ingressus tēplum more Iudęorū ibi purificatus aboleuit infamiam, eo modo, quo suprà narratū est. Si verò cōtingeret, ꝙ Papa ita requisitus nollet hoc facere: tunc requirendus esset. vt vel congregaret vniuersale concilium: vel alteri illud congregandi authoritatē præberet: & tūc cōciliū hoc modo cōgregatū habebit ingrere de veritate eius, de quo est infamatus. Vbi autem nec congregare, nec alteri authoritatē congregandi dare vellet: tūc reuerendissimi do. Cardinales, vt prestantiora mēbra ecclesiæ Romanæ: qbus potissimè incūbit necessitatibus vniuersalis ecclesiæ prouidere, & periculis imminētibus obuiare: deberent cōgregare: & cōuocare prelatos ecclesiæ ad inquirēdū de veritate infamiæ. Et an si Papa eēt veraciter hæreticus. Qū autē Cardinales hoc nollent facere: tunc Imperator, aut Principes Christiani Imperatore hoc nolente, possent hoc facere: vel ipsimet Prælati ecclesiæ, intelligētes talē vehemētē suspicionē de Papa, possent seipsos cōgregare: sicut legit fuisse tpe Marciliani Papę: vt habeꝯ in. c. nūc autē. xxj. dist. & isto casu congregatis ipsis Prælatis & alijs, q essent vocati in aliquo loco: esset requirēdus Papa, vt sua authoritate, autorizaret illā congregationē: sicut legitur factū tēpore Symmachi Papæ: vt habeꝯ in. c. hinc etiā. xvij. distin. quòd si Papa faceret & authorizaret ipam cōgregationem, sicut fecit Symmachus: tūc legitima foret cōgregatio & authorizata à Papa. Si autē nollet: tūc cōgregatio Prælatorū, quę iam eēt facta, modo suprà, deberet ꝓcedere ad inquisitionem veritatis, etiā Papa nolente: & hoc fieret tam authoritate iuris diuini, q̄ humani. De authoritate iuris diuini, habetur Ioā. xij. vbi dicit: qui spernit me, & non accipit verba mea: habet, qui eū iudicet: & sermo quē loquutus sum, iudicabit eū in nouissimo die. Et propterea Paulus Apostolus in epistola ad Gal̄. j. c. dicit: Si quis vobis Euāgelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Qui erunt illā epistolā declarantes: cū par in parē nō habeat imperiū? & multò magis inferior in superiorē: vt in. c. innotuit. de elec. & in. l. nā & magistratus. ff. de arbi. videt, ꝙ Apostol⁹ nō potuerit excōicare Apostolos, q erāt sibi pares: neq; Angelos, q erāt superiores. Rñdet, ꝙ Apostolus ꝓtulit hāc sniam, nō propria authoritate: sed authoritate Euāgelicæ doctrinæ, cui⁹ authoritas est: vt q. cunq; cōtra illū dicūt excludēdi & repellēdi sunt, per illā authoritatē Io. xij. de qua. s. ¶ Authoritate iuris humani, hoc cōprobatur, iuxta ea, q̄ habentur in. c. si Papa. xl. dist. vbi est ille text. Bonifacij Papæ & martyris. in quo decidit, ꝙ sup hoc crimine hæresis in Papa: solus & dūtaxat cōpetēs iudex videtur esse cōciliū: & eoipso, ꝙ Papa nō vult dare authoritatē cōgregatiōi p̄latorū in tali casu: ipsum ius intelligit sibi dare istā authoritatē ipso facto: vt in. d. c. hinc etiā. xvij. di. aliâs frustratoriè ius disponeret, ꝙ in casu hæresis cōciliū vniuersale posset iudicare Papā hæreticū: si Papa pertinaciter persistēs in hæresi sua, negaret cōuocare cōciliū: nec authoritatē congregādi alteri dare vellet: nec cōgregationi iam factæ vellet authoritatē præstare. Nā frustratoriū esset iura cōdere, si nō assignareꝯ minister, qui iura seruari faceret: vt dicit tex. in. c. vbi periculū. de ele. li. vj. & est optim⁹ tex. in. l. j. in. §. post originē. ff. de origine iur. Et isto casu inq̄sitiōe debitè facta, & inuēto, ꝙ Papa veraciter in hæresim lapsus fuerit concilium, sic vt. s. congregatum deberet illuminformare de veritate & ostēdere illi p sacram scripturā, aut per vniuersalis ecclesiæ determinationē, ipsum esse in errore & esse erroneū. qd̄ ipsemet tenet: & illū charitatiuè admonere: vt dictum errorē abiuraret, siue illū reuocet cōfitēdo publicè fidei veritatē: assignādo etiā sibi terminū, intra quē illud faciat: sed si intra terminū sibi assignatū nō fecerit, cōciliū hoc casu nihil vltra pōt cōtra ipsum Papā facere: vt expressè voluit Hug. in. c. nūc autē. xxj. di. & in. c. si Papa. in versi. à fide deuius. Et isto casu ipsemet Papa in foro cōsciētiæ quātū culpabilem se sciuisset: p suū cōfessorē animę suæ ꝓuideri faciat: vt in p̄alleg. c. nūc aūt. quod si facere noluerit: tūc cōtra eū ꝓcedereꝯ, secūdū qd̄ j. declarabit. Et hęc ꝓxime dicta ꝓcedūt, qñ Papa esset diffamatus de hęresi tātūmodo. ¶ Vlterius & quinto loco, non habet locum prædicta regula, quando notorium esset Papam esse hæreticum: puta, q uia incidisset in hæresim dānatam illam publicè asserendo & prædicando. Tunc enim dom. Cardinales, aut alij Prælati catholici illum charitatiuè debent monere: vt abneget prædictam hęresim, in quam lapsus esset catholicam fidem inuiolatam integramq́; profitendo: sicut facere tenetur quilibet bonus & fidelis Christianus, ostendendo illi per scripturam sacram: aut vniuersalis ecclesiæ determinationem errorem suum: & illud quod tenet, esse alienum à fide catholica. & si paratus sit corrigi, & abnegato errore, fidem Christi tenere & confiteri: tunc, vt proximo casu dictum est, concilium in eum non habet aliquam authoritatem. Sed si nollet reuocare errorem, sed pertinaciter in eo persisteret: nec vellet se corrigere: tunc Cardinales primò deberent ab eo recedere, iuxta authoritatem Ioann. in epistola canonica secunda. in capitu. primo. vbi loquens de fide Christi, dicit: si quis ad vos venerit, & & hanc doctrinam scilicet Christi non habet: nolite illum recipere in domum: nec ei dixeritis aue. & ibi glos. ordinaria dicit nolite & c. id est, non tm̄ non assentiatis ei, sed nec ad horā recipiatis. & istud idē colligit ex tex. in capitul. Anastasius. decimanona distinct. ¶ Secundò ipsi Cardinales debent prælatis ecclesiæ hunc casum denuntiare. & eos conuocare: vt veniāt ad succurrendum ecclesiæ in hoc horribili & periculoso casu: & ad prouidēdū ipsi ecclesiæ: qa ipse Papa à petra fidei, super quā fundata est ecclesia: vt habetur Matth. xvj. c. pertinaciter & incorrigibiliter cadēdo cecidit. Et tunc concilium Prælatorum hoc modo & ordine congregatum, debet iuris authoritate procedere, vel ad illius depositionem, vel ad declarationem, quòd ille non sit amplius Papa: & quòd Apostolica sedes vacet, & illi amplius tanquàm Papæ nullus adhæreat, vel obediat. Huiusmodi enim criminis hæresis notoriè proprius est iudex concilium, per ea, quę habentur in. d. c. si Papa. xl. di. ¶ Sexto etiā casu, videlicet qñ duo cōtenderēt de papatu. iuxta tex. in. c. si duo. lxxix. di. tūc absq; dubio est necessaria cōgregatio cōcilij vniuersalis: vt in eo decernat qs eorū sit ver⁹ Papa. & isto casu, si certū sit, ꝙ alter cōtendentiū sit ver⁹ Apostolicus: puta, qa sit elect⁹ à duabus partib⁹ Cardinaliū. & p cōsequēs, ꝙ alter sit intrusus, & poti⁹ Apostaticꝰ, q̄; Apostolicꝰ: vt in. c. fact⁹ est. vij. q. j. Tūc cū nō occurrāt rationabilis dubitatio, quis sit ver⁹ Papa nō est necessaria cōuocatio vniuersalis concilij: vt dijudicetur de electione illius, quæ p̄sumat esse canonica: sed est necessaria ad condemnationē intrusi: & ad mandandū, ꝙ oēs obediāt Apostolico, & non apostatico. iuxta tex. in. c. si quis pecunia. lxxix. di. sicut legitur factū fuisse tēpore Damasi Papæ contra Vrsinū, & tempore Cornelij cōtra Nouatianū. Si verò cōtentio esset inter duos super iure electionū, quæ illarū fuerit canonica, & ipsi contendentes vellent se submittere iudi-

fert etiā Io. An. p istū tex. ꝙ sol⁹ Papa pōt interp̄tari statuta cōcilij: nec mirū secundū eū: cū possit etiā tollere & limitare: vt ī. c. statutū. &. c. sicut. xv. di. & ī. d. c. aliorū. Vide etiā gl. in c. legimus. xciij. di. vbi text. Hieronimi facit in cōtrariū dicētis, ꝙ orbis est maior vrbe.

cio alicuius sapiẽtis, vel aliquorũ sapiẽtũ: vt staretur illorũ iudicio: tũc secũdũ aliquos nõ videret esse necessaria cõuocatio cõ cilij: sicuti videt fuisse factũ tẽpore, quo Symach⁹ & Laurẽti⁹ cõtendebãt de papatu: vbi cũ neutra pars alteri cedere vellet: cõstituerũt, vt lis iudicio cuiusdã Regis Theodori finiret: & tandẽ Rex existẽs apud Rauẽnã, auditis legatis vtriusq; partis: decreuit, vt q prior ordinat⁹ esset: aut quẽ maior pars cleri & populi simul elegisset: ille sederet in sede Apostolica. Vbi aũt cõtẽdẽtes nollẽt se submittere: tũc cõgregãdũ foret cõciliũ, vt de iure electionis discernat, & iudicet: qa hoc casu talis cõtẽtio est p cõcilium dirimẽda: hæc cõuocatio debet fieri p ambos ipsos cõtendẽtes: ita vt quilibet eorũ cõgreget Prælatos suæ obediẽtiæ, ad aliquẽ locũ: ita q ambobus cõciliũ cõgregatũ iudicet de tali cõtẽtione. Vbi aũt tales de papatu contendentes, nolẽt hoc facere: tũc reuerẽdissimi domini Cardinales deberẽt etiã cõtradicẽtibus cõtendẽtibus cõciliũ cõgregare. vbi verò ipsi do. Cardinales nolẽt cõgregare: aut forẽt in hoc negligẽtes, ipsi Prælati ecclesiæ habẽtes zelũ Dei, possent se cõgregare ad ipsum incendiũ extinguendũ. Aut ipse Imperator, cuius interest: vt pax fit nõ solũ in vrbe, sed etiam in toto orbe: quę pax esse nõ põt stãte cõtentione super summo põtificatu. iuxta authoritatẽ Christi, q̃ habetur Matthęi. xxj. c. dũ dicit, q̃ oẽ regnum in se diuisum desolabitur. sicq; isto casu erit procedẽdũ ad cõuocationẽ cõcilij vniuersalis. & erit casus in quo ali⁹ à Papa posset cõuocare cõciliũ. ¶ Septimò posset ilia regula limitari eo casu, quo Papa esset mortuus naturaliter, aut ciuiliter, vel renũtiasset põtificatui. &. d. Cardinales nolẽt procedere ad electionẽ: tũc cõcilium vniuersale esset cõgregãdũ: vt hoc casu vacante necessario ecclesiæ prouideret de pastore: & ex quo Papa nõ adesset, qui cõgregaret cõciliũ, & etiã do. Cardinales nõ vellẽt cõgregare, & ausugerẽt, vel deficerẽt: tũc recurrendũ esset ad ea q̃ habẽtur in. c. fundamẽta. de elec. li. vj. & in cle. ne Romani. de elec. & erit cõgregãdũ p Impatorẽ, aut p clerũ Romanũ: vt in eo sic cõgregato prouideatur necessitati ecclesiæ: cũ in talibus necessitatibus, q̃ respiciũt totã rẽpublicã Christianã defficientibus ordinarijs, qui habẽt ꝓuidere: prouisio videtur spectare ad ipsam rẽ publicã. & prouisio fiet hoc modo authoritate iuriũ prædictorũ. ¶ Alio etiã &. viij. casu poterit cõciliũ cõuocari ab alio, q̃ Papa: videlicet quando Papa deueniisset ad insaniã & demẽtiã: ita vt demẽs factus redderet inhabilis ad regẽdã vniuersalẽ ecclesiã. Hoc enim casu cõciliũ nõ poterit cõgregari per Papã, qñ talis demẽtia quã incurrisset, esset incurabilis per naturam. quo casu esset iudicãdus quasi mortuus: cum nõ posset exercere eos actus, qui officio summi põtificatus incũbẽt. argumẽto tex. in. c. j. de cleri. egro. li. vj. Et isto casu dom. Cardinales deberẽt hoc denũtiare Prælatis ecclesiæ: vt in vnũ cõueniẽtes cõsulãt, quid agendũ sit. An. s. sit eligendus vel quid faciẽdũ: vel forsan sit ei dãdus coadiutor, quasi tunc ecclesia poti⁹ vacare videat. iuxta ea, quæ habẽtur in. c. j. &. ij. & ferè p totã. q. & per glo. summæ. vij. q. j. vbi plenè de materia. ¶ Nono etiã casu puto cõciliũ posse cõgregari ab alio, quàm à Papa: si forsan accidat, q̃ simul cũ Papa omnes Cardinales morerẽtur: puta, quia occiderẽtur. hoc enim casu prouidendũ esset ecclesiæ, & necessariũ esset congregare conciliũ: quod nõ posset cõgregari nec per Papã, nec per Cardinales: tũc cõciliũ erit cõgregandũ, vt prouideatur ecclesiæ necessitati, per ipsum Imperatorẽ. & ad illũ spectat talis solicitudo: cũ ipse sit aduocatus & defensor ecclesiæ: vt in. c. venerabilem. de ele. & ideò seruãdum erit, quod habetur in. c. fundamẽta. de elec. li. vj. & in cle. ne Romani. eo. ti. sicut etiã dictũ est in septima limitatione. ¶ Decio etiã casu videt cõciliũ cõgregari posse p aliũ, quã p ipsum Papam, quãdo. s. contingeret causam aliquã agitari contra Papã, quo casu in propria causa nõ videtur, q̃ ipse posit esse iudex: vt in titul. C. ne quis in sua causa. & in. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. om. iudic. cũ simil. Et ideò isto casu, si causæ nõ possunt sine cõcilio terminari, quæ cõtra Papã obijciuntur: cõgregabitur cõciliũ ad solicitudinẽ Imperatoris authoritate tamen Papæ. iuxta illũ tex. in. §. hinc etiam. xvij. dist. Et aduertendum puto: quia quando dictum est, q̃ per reuerendissimos Cardinales congregabitur concilium, quando Papa non vellet congregare: vt in casibus de quibus suprà: intelligendum est, quòd talis congregatio spectabit ad eos: vt collegium: quia collegiũ do. Cardinalium, cum sit in possessione eligendi Papam: vt in. c. licet. de elec. & in. c. vbi periculum. eo. titu. lib. vj. ad ipsos vt collegiũ videntur spectare omnia, quæ sunt necessaria & consequentia: vel ad electionẽ, vel prouisionẽ eorũ, quæ cõcernũt ipsam ecclesiã vniuersalẽ: modis tamẽ & formis à iure statutis & ordinatis: iuxta ea, q̃ habentur in. c. vt præteritæ. de elec. & in. c. cupientes. §. ad hæc. & in. §. si verò. de ele. li. vj. & habetur per gl. in. c. fi. lxv. di. neq; putandũ est q̃ singulares Cardinales, aut eorum aliqui particulariter possint concilium congregare, etiã in casibus, in quibus Papa non vellet cõgregare: vt voluit Bald. in. c. olim. de rescrip. Nam collegium Cardinalium habet cum Papa coniunctionem & communionem maximam: vt per Hosti. & Io an. And. in. requisisti. de testat. adeo, quòd ipsum collegium Cardinalium est, vnũ corpus cum Papa. habens Papam pro capite speciali; licet Papa sit caput generale ecclesiæ vniuersalis: vt not. Host. & docto. in. c. antiqua. de priuj. & ideò dicebat de rescr. li. vj. vide tu bo. gl. in. c. vbi periculũ. de elec. li. vj. q̃ dicit, q̃ licet hõestũ sit, q̃ Papa nõ reuocet statuta cõcilij sine cõsilio ipsius cõcilij: põt tamẽ si vult. Pro quo facit tex. ibi. & Ioan. de ligna. in suo tracta. de bello, quòd collegium Cardinalium debet regere totum orbem: per ea, quæ habentur. in. c. j. &. ij. de offi. d. ele. lib. vj. & not. in. c. fundamenta de elec. eodem lib. Et habetur per Spec. in titu. de lega. ij. in. §. sequitur videre. circa prin. & hoc maximè verũ est in concilijs & arduis negotijs, per ea, quæ habentur in. c. venerabili. de offic. ordi. & in ca. exposuit. in tex. hic. Sed text. iste & oĩa prædicta debent limitari & restringi ad ea, q̃ pẽdẽt à plena dispositiõe papæ. Nã in his, q̃ sunt iuris positiui, indubitãter papa est supra conciliũ, quia ipse est fi. de dilati. Fateor tamẽ, quòd singulares Cardinales possunt requirere collegium Cardinaliũ: vt Papa nolente congregare cõciliũ, ipsum collegium congregẽt. Et ipse collegio nolente congregare, pro tali congregatione recurrendum est ad Imperatorem: vt videtur esse casus in. c. fi. lxv. distin. vbi negligẽte illo, ad quem de uoluitur congregatio vicinorum Episcoporum, ipsi populi conuocent conuicinos Episcopos. Ipse autem Imperator repræsentat totum populum Christianum: cum in eum translata sit iurisdictio & potestas vniuersi orbis. l. ij. §. nouissimè. ff. de origi. iuris. lege prima. §. cũ enim. C. de iu. enucle. loco ergo ipsorum populorum, ipse Imperator conuocat cõciliũ. Et ꝓ hoc facit: qa cõuocatio cõciliorũ, put dictũ est. s. ab initio fiebat per Imperatorẽ: sed postea fuit reseruata Papę. Deficiẽte autẽ isto iure Papa seu nõ conuocãte, deficiẽtibus q̃; his, qui succedũt loco papę, scilicet collegio ipsorũ Cardinaliũ, seu ipo collegio nolẽte congregare, reuertimur ad ius pristinũ scilicet vt Imperator congreget qa res de facili reuertit ad naturã suã, & ad suũ primũ principiũ vt in ca. ab exordio. xxv. dist. Et prædicta confirmãtur qa congregatio concilij de natura fit, vbi agitur de his, q̃ spectãt ad fidẽ catholicã: vt si q reperiãtur forsan errare in fide, corrigãtur p conciliũ. & in eodẽ concilio statuat, qd sit tenẽdũ. Sic eñ in Nicena synodo dãnatus fuit Arrius, in Constantino politana, Macedoni⁹ in Ephesina, Nestorius in Calcedonensi Euticen. vt habetur in. c. j. xv. dist. Sed cũ agitur de fide, ꝓt Imperator interesse concilio non ad potẽtiã obtẽdẽdam, sed ad fidẽ confirmãdã vt in. c. nos ad fidẽ. xcvj. dist. Interest eñ Imperatoris fidẽ defendere. & ideò si Papa est de hæresi suspectus aut de aliquo graui crimine, ex quo posset induci scãdalum in ecclesia & inter Christianos, potest ab Imperatore exigi, vt iudicet, qd sentiat. vt in. c. satagẽdum. xxv. qõ. j. iunctis ibi notatis p Archi. Et ideò dicẽdum est, q̃ cum Imperator sit pars cõcilij & in eo habet interesse suo iure & nõ ex gratia, vt habeat in. d. c. nos ad fidẽ. xcvj. dist. Dicẽdum erit, q̃ nolẽte Papa cõgregare cõcilium, nolẽte ẽt collegio Cardinalium illud facere, q̃ collegium ꝓpter cõmunionẽ, quã habet cũ Papa subrogatur in tali ptãte: ptãs cõgredãdi illud deuoluitur ad proximũ superiorẽ. argumẽto eorũ, quæ habent in. c. nulla ecclesiastica ministeria. de cõcess. præbẽ. ꝓximus aũt superior est ipe Imperator. Et pro hoc ẽt facit qđ no. Inn. in. c. j. de maior. & obe. vbi dicit, q̃ q maioris est dignitatis in ecclesia, vel si nõ est ibi dignitas: ille q maioris ordinis, vel si sunt æqualis ordinis: ille q prius est ordinatus, debet noĩare, vel eligere, vel cõuocare capitulũ, eo casu, quo deficit is, ad quẽ de iure spectat ipsa cõuocatio: p ea, quæ habent in. l. fi. ff. de fide instru. & in. l. j. de albo. inscri. & in. c. fi. xvij. dist. q̃ iura ibi alleg Inn. ¶ Sed dubiũ ingerit in hac materia, & nõ paruũ insurgit, si Papa nõ velit cõgregare cõciliũ reqsitus, vt suprà: si ẽt nõ velit cõgregare collegiũ Cardinaliũ: si forsan ẽt cum eis assentiẽs Imperator reqsitus nõ velit & ipe cõgregare: & nihilominus immineret, vel cã hæresis extirpãdæ de ecclesia: aut de maiori parte illi⁹: vel aliqua alia ardua cã: puta, qa forsan grauia crimina & multũ scãdalosa & notoria obijcerẽtur Papæ: quæ si tolerarẽtur facilè possent grauissimũ scãdalum inducere: si nullus esset, qui concilium vellet congregare, vel id lud congregare nõ posset. Et hoc casu saluo semp iudicio saniori & maximè sanctæ matris ecclesiæ putarẽ, quòd requisitis oĩbus, ad quos spectaret gradatim cõgregatio, secũdũ ea, q̃ dicta sunt suprà: q̃ cæteri Prælati inferiores possent in vnum cõuenire, & seipsos congregare ꝓ huiusmodi scandalis tollẽdis, & hęresi forsan quæ subesset extirpanda. Et quãdo ipsi Prælati nolent conuenire, putarem q̃ Principes Christiani, etiam seculares possent, quãdo essent cõcordes reqrere oẽs Christianos & ecclesiasticos & seculares, vt conuenirent ad huiusmodi scandala tollenda, & hæresim extirpandam, si qua supereesset: aut dubitaretur, ne illa superueniret. nec esset incõueniens, quòd hoc casu Principes seculares se de clericis intromitterent. Non enim simpliciter prohibetur laicis se intromittere de clericis, & de his, quæ ad clericos spectare videntur: sed tunc prohibetur hoc laicis, quãdo nõ subest aliqua ratio in contrariũ. sicut videmus, quòd ex ratione speciali, ratione feudi permittitur laicis se impedire de clericis vt in. c. verùm. de fo. compe. & in. c. Romana. in. §. debet. & ibi per gloss. de appel. lib. vj. In hoc autem casu nedum subest ratio specialis, sed specialissima, ne fides catholica periclitetur: ne stat⁹ ecclesię ruat, & maximũ naufragium patiatur nauicula Petri si forsan plures contenderent de ponti ficatu: ne maxima scandala inter Christianos oriantur propter grauissima & notoria crimina obiecta Pontifici vel de quibus ipse esset plurimum infamatus. & hanc opinionem etiam videtur sentire do. Cardin. in prælle. c. licet. de elec. in. xxxv. q. cũ duabus sequẽtibus. ¶ Nec puto aliquo pacto duos, aut tres Cardinales à pontifice & à collegio Cardinalium dissentientes posse talem congregationem concilij sua authoritate fa-

caput

cere prout quandoq; nouissimis temporibus factũ fuit: sed bene puto per eos posse moneri, vel vt rectius dixerim, requiri summum pontificem, & in eius defectum collegiũ Cardinaliũ & illis renuentibus Imperatorẽ pro conuocatione talis concilij: & oĩbus prædictis nolentibus id facere, quod cæteri Prelati factis requisitionibus prædictis possint conuenire ex seipsis pro cõcilio faciendo. & in defectum omniũ possint Christiãi Principes quãdo concordes essent ad obuiandum talibus scandalis etiã conuenire, & ecclesiasticos Prælatos ad prædicta requirere. ¶ Et illud non omitto, quòd quãdo inter principes Christianos essent graua bella & seditiones, q; reuerendissimi dni Cardinales videntes rẽpublicã Christianam esse in magno periculo: eorumq; sacrũ collegiũ debere suadere summo põtifici, suãq; sanctitatẽ requirere, vt pacẽ inter Principes Christianos ponat: iuxta ea, quæ habentur in c. nouit. de iudi. ¶ Et aduertẽdũ etiam puto, q; in cõcilio generali in multis casibus notatis p glo. in c. fi. de his, quæ fi. à Præla. sine consensu capituli, possent inuitari & interesse etiã laici & seculares, non vt iudicẽt, vel disponãt: nisi prout suprà dictum est: sed vt plenè per do. Abba. & alios post. eum: in c. j. de iu- Qui aũt sint in cõcilio per tractãda: & q̃ solẽnitates sint seruãdæ in inchoatione cõcilij, & aliis actibus, no. in c. qualiter & quando, el. ij. de accu. & in c. seq. & per Inn. in c. graue. de præbẽ. & in c. in singulis. & in c. ea, q̃. de statu mona. & de solẽnitatibus seruandis in cõcilio habetur per Inn. in c. cũ nobis olim. de elec. & in c. quod sicut. eo. titu. & in c. cũ ecclesia Sutrina. de causa pos. & ꝓprie. & notat in. c. vt Apostolicæ. de priuilegiis. li. vj. Et qualiter debeãt notari acta cõcilij: Dicas, q; secundũ formã tex. in c. ad Apostolicæ. de re iudi. li. vj. & in c. sacro. de sent. excõ. & in c. fin. de baptis. & vide notabilẽ tex. in c. de laicis. xij. q. ij. De diuersis formis seruãdis in actis cõcilij: habet in c. de his. xij. di. & in c. placuit. ea. dis. & in c. illud statuẽdũ. xiij. di. & in multis aliis locis, q̃ tã breuitatis omittãtur. & qualiter Prælati sint vocãdi ad cõciliũ: vide glos. in c. si Eps xvij. di. & ibi per Arch. vbi dicit, q; isto casu sufficit vnica citatio: & habetur p Ioã. An. in c. ego. N. & in c. breui. de iureiu. & in c. nõ minus. de immunit. eccle. & vide Inn. in c. cũ nobis olim. de elec. Et qua pœna puniantur, nõ veniẽtes ad cõciliũ vocati: notatur in c. peruenit. xvij. dist. & in c. placuit. & in c. seq. & vide gl. in c. Episcopus ad synodum. ea. dist. xxvij. ¶ Et adde, q; ista causa excusandi Episcopum, si non venit ad concilium vocatus, est quando eodẽ tempore vocatur à Rege. vide gl. in c. si egrotans v. q. iij. Et an prælati possint ante finem concilij recedere: vide text. in c. si quis autẽ. xvij. dist. & in. certũ. xj. q. iij. & vide, quæ notãtur in c. j. de iudi. & in c. si postq; ꝓ. de elec. ii. vj. ¶ Et an cõciliũ legitimè cõgregatum possit recusari, vt suspectũ: pendet ex notatis per doc. & gl. in c. j. de iudic. & in c. in singulis. de sta. mo. & cõcluditur q; sic. per ea, q̃ habentur. in c. quia suspecti. iij. q. v. vbi habet, q; Ioãnes Chrisostomus recusauit iudiciũ cõcilij. ¶ Et an concilium generale congregatũ possit per Papam dissolui ex iusta cãs: vide glos. reputatã singularẽ. in c. vbi periculũ. in ver. cõcilio. de elec. lib. vj. quę videt tenere, q; sic. & vide bonũ text. in c. bene quidẽ. xcvj. dist. circa finẽ & facit. c. licet. in fi. de elec. & videtur fuisse practicatũ tẽpore Eugenij quarti, qui dissoluit cõcilium Basilienſe: & illud transtulit: noluit tñ illi cõciliũ consentire: & statuit Pa. id nõ posse facere: & altercatiõe orta fuerũt multa mala in eccl. & tandẽ schisma pernicio sum. ¶ Et an cõcilium possit dispensare, absolue re, & alia facere, quę spectãt ad solum Papã. & ipsi soli Papæ sunt reseruata: vide gl. in c. iij. de cleri. excõicato ministrã. & habetur in. c. mutationes. & in c. Eps. de loca. vij. q. j. & in. c. presbyter. lxxxij. di. ¶ Et adde quòd quando Papa deponit Imperatorẽ, nõ est necesse, q; cõgreget cõciliũ: imò sol⁹ potest facere: vt est glo. in c. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. vj. ¶ Et si concilium contra dicit Papæ cui stet, vide gl. in c. Anastasi⁹. xix. di. & in c. nemo. ix. q. iij. & per Archi. in c. sicut. xv. di. & vide Hug. ix. q. iij. in c. cuncta per mundum. Et putarem, q; in his, in quibus concilij̃ est supra Papã, stetur ipsi cõcilio: in aliis autem stetur Papę. ¶ Nunquid antẽ seu Episcopi sint de numero facientiũ gñale cõciliũ. vide tex. i. c. j. & i c. sancta. xvj. di. & in c. hanc cõsuetudinẽ. x. q. j. & in c. septuaginta. xvj. di. Et vide glos. in c. concilia. centesima distinctione. & in §. hinc etiam superius allegat. & in c. si quis diaconus. l. distinctione. ¶ Et de conuocatione concilij, & de modo citandi, & de alijs, quæ ad materiam cõciliorum pertinent: vltra ea quæ dicta sunt. s. vide per Ioan. And. do. Card. & alios scribẽtes post eos in c. licet. præallega. de electio. & in c. j. de renuntiatio. lib. vj. & per Hugo. in c. si duo. lxxij. distinctione. ¶ Et hæc dicta sint ita per functoriè, & longius quàm decreueram ad instructionem aliqualem circa præsentem materiam.

caput ecclesiæ. [a] vnde licet potestas fuerit data Papæ & toti ecclesiæ: Papæ tamen fuit attributa tãquã capiti. vnde debet moueri corpus ad dispositionem capitis. Et vide ad prædicta bo. text. in c. ita dominus. xix. di. & in c. in nouo. & in c. quãuis. xxj. di. & xxiiij. q. j. c. loquitur. & c. pudenda. & c. quodcunq;. Sed in his, quæ non dependẽt à plena potestate Papæ, nõ est simpliciter dicendũ, quòd Papa sit supra cõciliũ. Ideò in cõcernẽtibus fidẽ, cõciliũ est supra Papã, vnde nõ põt Papa disponere contra dispositũ per cõciliũ. vide bonũ tex. & gl. in c. Anastasius. xix. di. Hinc est, q; cõcilium potest condemnare Papam de hęresi. vt in c. si Papa. xl. di. vbi dicitur quòd Papa potest esse hæreticus & de hæresi iudicari. Et dicunt doc. in c. in fidei fauorem. de hære. lib. vj. q; conciliũ est iudex. puto tamẽ quòd si Papa moueretur melioribus rationibus & authoritatibus quã cõciliũ, quòd standum esset sententiæ suæ: nã & concilium potest errare sicut aliãs errauit super matrimonium contrahendũ inter raptorem & raptã. Et dictũ Hieronymi melius sentientis postea fuit prælatum statuto concilij: vt probatur. xxxvj. q. j. in c. tria. iuncto. c. placuit. facit quod leg. & no. xx. di. c. j. Nam in cõcernentibus fidem etiam dictũ vnius priuati esset præferendũ dicto Papæ si ille moueretur melioribus rationibus noui & veteris testamenti quã Papa. Nec obstat si dicatur, q; concilium nõ potest errare quia Christus orauit pro ecclesia sua vt non deficeret. vt in cap. maiores. in prin. de baptis. & no. xxiiij. q. j. à recta. & in c. pudenda. Quia dico quòd licet cõcilium generale repręsentet totam ecclesiam vniuersalem: tamen in veritate ibi non est verè vniuersalis ecclesia sed representatiuè: quia vniuersalis ecclesia constituitur ex collectiõe omnium fidelium: vnde omnes fideles orbis constituunt istam ecclesiam vniuersalẽ: cuius caput & sponsus est ipse Christus. papa autem est vicarius Christi. & non verè caput ecclesiæ: vt not. glos. in cle. ne Romani. de elec. quę notabiliter dicit, quòd mortuo papa, ecclesia non est sine capite. & ista est illa ecclesia, quæ errare non potest. pro hoc. de conse. distin. j. ecclesia. vnde possibile est quòd vera fides Christi remaneret in vno solo: ita quòd verũ est dicere, quòd fides non deficit in ecclesia: sicut ius vniuersitatis potest residere in vno solo alijs peccantibus, vt not. glos. in c. gratum. s. tit. proxi. Hoc patuit post passionem Christi. nam fides remansit duntaxat in beata virgine: quia omnes alij scandalizati sunt: tamen Christus ante passionem orauerat pro petro vt non deficeret fides sua: ergo non dicitur deficere, nec etiam errare, si remanet vera fides in vno solo. Et fortẽ hinc dixit glos. not. xxj. distinctione capitul. quanuis. quòd vbi sunt boni, ibi est ecclesia Romana. Item dic, quòd in concernentibus vniuersalem statum ecclesiæ non potest papa disponere contra statuta concilij: si statuendo contrarium decolararetur status ipsius ecclesiæ: vt dicit text. prima quæstion. vij. capitul. & si illa. Et in hoc casu intelligo multas glos. quæ videntur velle, q; papa non potest dispensare contra vniuersalem statum ecclesiæ: vt not. in c. literas. de restitutione spoliatorum. & vide quod no. Inn. in c. quanto. de consue. Vbi dicit papa nõ permittendus venire cõtra statutũ generale ecclesiæ sine causa rationabili, & alijs non. secus dicerem, vbi non decoloraretur seu diffamaretur ecclesia: vt quia ex causa rationabili, puta vult venire limitando statum ecclesiæ, seu tollendo statutum collegij super statu ecclesiæ. Sic intelligo quod not. glos. in capitu. quę
4 ad perpetuam. xxv. quæstion. j. † ¶ Item adde
b ad prædicta glos. singularem [b] in prædicto capitulo si papa. quæ dicit, quòd si papa est in

a ✠ SEB. SAPIA. ¶ Caput ecclesiæ. Dicit Bald. in c. j. qualiter do. proprie. priue. quòd Papa est omnia, & super omnia. & idem Bald. in c. cum super. colum. j. de cau. pos. & proprie. quòd Papa est supra ius, & contra ius, & extra ius. & dicit Hosti. in c. cum venissent. j. de iudi. quòd potest Papa æquare quadrata rotũdis. Et ideò dicit Bartol. in l. Barbarius. ff. de offic. præto, quòd Papa est solutus legibus: ita, vt non committat simoniã recipiendo pecuniam pro collatione beneficiorum. de quo per Feli. in c. ex parte. j. in prin. de offi. delega. & multa de laudibus Papæ ponit Feli in c. j. col. ij. &, iij. de constitu. vbi tamẽ imminet peccatum, non est obediendum ipsi Papæ. vide Fel. in c. si qñ. in prin. de rescri. adeò, q; dixit Bal. in c. olim ex literis. in fin. de rèsc. quòd contra Papam scandalizãtem ecclesiã, vtendum est primò verbis, deinde herbis, tertiò lapidibus. & multa circa ea, quæ potest Papa, ponit elegantissimè do. Io. de sylua. in trac. de iure. iur. in. iiij. parte priuile.

b ✠ SEB. SAPIA. ¶ Gl. singularem. Hæc glos. scandalizauit ecclesiã tẽpore Eugenij quarti, secũdũ Cardi. Alexan. in. d. c. si Papa. & de ea fuit maxima altercatio superioribus annis regnãte Iulio. ij. & causa fuit, quòd

à multis approbat, à multis improbatur. Approbatur per Abb. hîc, & in disputatione sua Eps & quidã rector. col. ix. & in. c. cũ venissent. in. iij. col. j. de iudic. & in. c. fraternitatis. in. j. no. j. de hær. & in. c. quoties. vbi Ioã. de Ana. j. de simo. & per Ro. in consi. ccccxxiij. quo discutien. in. v. col. Improbatut per Car. d. Alex. in. d. c. si Papa. & in summa. xv. dist in. col. xxxiij. & alios impbantes refert Feli. in. c. nonnulli . in prin. col. iiij. de rescript. & in cap. ij. ver. xxiij. si Papa colum. ij. de præscri. & ideo Car. Alexã. in. c. synodum. in. j. colum. ad fin. xvij. distin. intelligit illam gl. quod Papa possit super alio crimine, cp super crimine hæresis accusari, admonendo, nõ corrigendo. Vide etiam Decium in præallegatis consilijs. clj. & sequẽti: contra quem cõsuluit do. Ias. sed nondum prodierunt in lucẽ eius consilia.

ZACHARIAS.

a ¶ In aliquo citra Papam. Tu adde cum isto, cp solus Papa potest beneficium ad tempus conferre, & sub conditione. not. plenè Fel. in. c. fi. in fin. colum. iij. versi. inquantum dicitur officia nõ esse. de iudic.

b ¶ In. l. iij. Vide ibi plenè per Legistas. & in. l. nõ recte. C. de fideiuss. soribus.

SEB. SAPIA.

c ¶ Dispositio. Papæ. Vide Old. in consi. xcvij. factũ tale est. & adde quod etiã in voto intelligitur excepta authoritas Papæ: vt not. d. Ant. per illũ text. in. c. non est .j. de voto. vide Corse. 6 tum in repet. rub. j. de iureiurando. in. xxiij. priuilegio. vide. d. Ioannem de sylua. in tractatu de iureiur. in. iij. quæsti. principali.

ZAHARIAS.

d ¶ Et in ea esset in b corrigibilis. Adde quod licet do. Hostien. & Card. in. c. j. de symoni. teneant cõtra istã opi. Tu dic tamen istam esse communiorem, quam tenet sanctus Tho. ij. ij. q. c. arti. j. & in. iiij. senten. dist. xxv. qõ. xv. Cardi. sancti Sixti in tract. de potestate Papæ. quæstione. lxv. & Felin. post istum. in dicto. c. j. columna. ver. inquantum do. Abb.

peccato mortali notoriè, & scandalizat alios: nec est corrigibilis: qa in tali peccato iugiter permanet, cp põt tanquã hæreticus puniri: qa videt malè sentire de fide. ¶ Et no. ppetuò illã gl. q̃ tenet p oẽs: & hæc sufficiãt in transitu electiõis, quãtũ ad hãc materiã. ¶ In gl. j. in fi. vel dicit secundũ doc. ab apos, qd est nũti9: & Chrysis, qd est aurũ: quasi nũtij deaurati. Di cũt tñ, cp nũtij Papæ nõ sunt tales, sed plũbati: sed dic, cp nihilominus possunt dici deaurati: quia dãt plũbũ, & reportãt aurũ. ¶ In gl. ij. in fi. hæc glo. inuolutè loquit: in effectu tñ sentit tres solut. ad cõtrariũ formatũ, de. c. quã pio. vbi dicit spiritualia esse tradenda omni cõditiõe cessante. Prima sol. est, cp ista nõ fuit conditio in effectu, sed poti9 quędã talis monitio. Nã monuit, vt iuramẽtũ p̃staret: quia palliũ ex antiqua ordinatiõe, nõ est aliter tradendũ. ¶ Secũda sol. cp à superiore põt apponi conditio: nec tñ inducit simo. hæc sol. non ꝓcedit in aliquo citra Papã: a qa quisq; inferior debet spiritualia purè cõferre: sicut iura disponunt, vt in capit. fina. de pac. & in capitu. quæsitum. de rerum permuta. cum sim. & vide gl. iuncto text. in capitu. secundo. infrà eod. li. vj. Vbi discutit, an valeat collatio bñficij, quã facit Eps sub cõditione, si vacat. Et cõcludit ibi, cp debet Eps, quãtũ põt purè bñficia cõferre. Vñ ibi retractãt electiões, quę fiũt sub cõditione. facit regu. actus legitimi. de reg. iu. li. vj. & & qd ibi no. maximè p Dyn. In Papa verò põt dici, cp ĩ his q̃ sunt simoniaca de iure positiuo, põt apponere cõditionẽ: vt vult. quia est supra ius posit. vt in. c. ꝓposuit. de cõcessio. p̃bẽ. Sed in his, quæ sunt simoniaca de iure diuino, non põt Papa apponere cõditionẽ, p quã inducat simonia. Ad hoc: quod notat gl. in. c. ex parte. j. de offi. delega. & in. c. cũ pridẽ j. de pactis. Sed alias cõditiões ex natura earũ, peccatũ nõ inducentes, potest Papa apponere etiã alterãdo naturã beneficiorũ: vt in. c. si gratiosè. & quod ibi no. de rescrip. lib. vj. &. vij. q. j. c. pastoralis. ¶ An autẽ possit Episcop9 apponere onus beneficio vacanti, tractat hîc Hostiẽ. sed materia est hîc impertinens. & ideo dicendum: vt plenè notatur in. c. significatum. de præbẽ. & & in. c. vnico. vt ecclesia benefic. ¶ † Tertiò soluit gl. cp ea, quæ tacitè insunt, possunt exprimi in traditione spiritualiũ sine aliquo vitio simoniæ. & hanc solut. not. tanquã verisimam, & quotidie allegatur iuncto text. & idẽ notatur in. c. olim j. de restitutione spoliatorum. & in dicto capitu. ad audientiam. de præscriptio. Hęc enim est regula iuris, quòd si ea, quæ tacitè insunt, exprimantur, vt inerant, nihil operantur in. l. iij. b. ff. de leg. j. & in. l. cõditiones. ff. de conditio. & demonstratio. Et intellige, vt dixi quando exprimũtur, vt insunt, aliâs secus: & sic soluitur contrariũ quod formari potest. de. l. fi ita relictum in §. illĩ, si volet. de legatis primo. vbi dicitur, quòd si relinquo illi centum, si volet. legatum est conditionale. secus est si relinquo simpliciter, & tamen illa conditio, si volet: tacitè inest legato: cùm legatarius possit repudiare legatum. Sed dic, quòd non fit ibi expressio, prout tacitè inerat. Nam quando relinquo, si volet: suspendo virtutem legati in euentum conditionis: vnde nihil acquiritur legatario ante, q̃ declaret voluntatem suam, vt ibi: sed quando simpliciter fit relictũ, acquiritur legatum, etiam ignoranti: licet commutabiliter si non voluerit acceptare, quia dispositio est pura, & non conditionalis, vt. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. ij. Et vide ad prædicta bonam gloss. 7 in. c. vno. de spon. lib. vj. ¶ † Ex prædictis deciditur quæstio, episcopus contulit vni ecclesiam curatam sub conditione, si resignauerit primam: nũquid teneat talis collatio? Colecta. hîc, quòd sic: quia hæc conditio tacitè inest. arg. in. c de multa. de præbẽ. Et dic, quòd inest tacitè cum effectu. Nam tenetur resignare primam: vt in. d. c. de multa. Ad propositum ergo iura antiqua disposuerunt, vt pallium non tradatur, nisi iuramento præstito. nil ergo noui hîc deducebatur in conditiõe, sed exprimebatur illud, quod inerat ex dispositione iuris. ¶ In gloss. in versi. *pro vnitate.* in fin. Idem not. in. c. nullus j. de iureiur. &. j. qõn. vij. quoties. Sed an, & quando generaliter sine peccato iurare licet? dic, vt dixi in. c. & si 8 Christus. & in. c. si verò. de iureiuran. ¶ † In gloss. in verbo, *excipiatur authoritas.* ibi: *in iuramento.* hoc intellige secundum quod dixi in. c. venientes. de iureiuran. scilicet de his, quæ dependent à c plena dispositione papæ. c In alijs autem non intelligitur excepta authoritas in iuramento. Imò dicimus, cp papa non potest quenquam absoluere à iuramento sine causa: vt not. gloss. in. c. quanto. de iureiuran. quæ communiter tenetur. & Inno. in. c. cum inter P. de renũ. Et idem est in omnibus, quæ sunt de iure diuino. Nam contra illa sine causa papa non potest dispensare. vnde non est tutus coram Deo ille, cum quo papa dispensauit: vt est gloss. sing. in c. non est j. de voto. Pro hoc facit text. in. c. sunt quidam. xxv. q. j. Idem dic, quo ad concilia generalia: vt intelligatur excepta authoritas papæ. scilicet in his, quæ depẽdent à plena potestate papæ: & in his, in quibus concilium non est supra papam. quod declara: vt 9 s. dixi. & latius tetigi in quadam disputatione. † & secundum ea, quæ suprà dixi, puto limitandã gl. in. c. si quis pecunia. lxxix. dist. quæ disputat, vtrũ papa possit accusari de simonia. Et cõcludit, cp nõ: qa simonia nõ est strictè hæresis, de qua papa possit accusari. Sed limita: vt prædixi: nisi esset talis simonia, quæ induceret peccatum notoriũ, & scãdalizaret alios, & in ea esset incorrigibilis: d vt d no. per glos. in. d. c. si papa. ¶ In gl. penul. super ver. *assumuntur.* in fin. vel dic clarius post docto. cp ideò tex. dicit, cp pallium assumit tãtùm de corpore beati Petri: quia traditio pallij immediatè dependet à Romana ecclesia. Ideo tex. vtitur hîc illa dictione tãtùm. nec obst. cp Patriarchæ dant pallium Archiepiscopis sibi subiectis: vt in. c. antiqua. de priuile. quia illud non fit sine authoritate papæ. Vel dicitur assumere de corpore beati Petri: quia consecrãtur in quodam altari, quod est constructum in honorem beati petri, & consecratum. Hostien. tamen dicit, non referre in cuius honorem altare sit consecratum. Nam dicit se hoc expertum in receptione pallij: quia vnus ex diaconis Cardinalibus de mandato papæ pallium sibi tradidit. & dicit verba quæ habẽtur in. c. ad honorem j. de autho. & vsu pallij. ¶ Quarę autem dicit text. quòd Archiepiscopi sunt membra de membro? Sol. dicunt doctores, quòd vnica est ecclesia vniuersalis. xxiiij. quęstion. j. cap. sequitur. Cuius caput est ipse Deus, seu papa loco Dei: cæteri verò prælati & ecclesiæ particulares sunt membra huius capitis, vel mẽbra ex membris. Nam sicut in humano corpore à brachio procedit manus, à manu digitus: à digito vnguis: ita à capite Romanæ ecclesiæ procedunt sedes patriarchales: ab istis Archiepiscopales, ab istis episcopales: ab eis inferiores prælati. Et ergo in summa vniuersalis ecclesia vnum corpus: & prælati & ecclesię par 10 ticulares sunt membra huius corporis. † ¶ Et aduerte quia sentiunt per hoc tacitè docto. quòd digitus sit membrum. Sed tu dic melius, vt not. Bartol. in. l. ij. de pub. iud. Dixi in cap. primo. qui clerici vel vo. Et in summa conclude, quòd illud propriè dicitur membrum, quod habet officium per se distinctum in corpore: vnde

a re:vñ ꝓpriè manus eſt mẽbrũ,ſed nõ digit⁹:[a]ſed digitus eſt pars
11 membri.facit optimè.c.fi.lxxxix.di.¶ †In gl.fi.in fin.dic,quòd illud eſt ſpeciale in depoſito,in quo non admittitur compenſatio, propter rationem,quæ ibi redditur.

SVMMARIVM.

1 *Sciſmaticus nõ poteſt amplius promoueri ad epiſcopatũ:niſi diſpẽſetur.*
1 *Sciſmaticus vtrum ſit hæreticus.*
Papa non poteſt puniri,niſi de ſola hæreſi.
4 *Electio ipſo iure nulla,aliquando confirmatur per ſuperiorem.*
5 *Subditi non tenentur obedire ſuperiori ſciſmatico.*
6 *Pœnitentia quam quis agit pro peccato:reſpicit Deum, & non mundum.*
Incidens in peccatum notorium, non poteſt ſacrameta adminiſtrare ſine diſpenſatione.
7 *Sciſmaticus non poteſt diſpenſari,niſi à ſolo Papa.*
Legatus Papæ poteſt confirmare electionem factam de promouendo in Epiſcopum:tamen non poteſt diſpenſare ſciſmaticum.
8 *Infamia vtrum tollatur,ſi infamatus fuit abſolutus.*
9 *Hæreticus rediens ad fidem,an recuperet,quæ prius habebat.*

CAP. V.

QVia diligentia.¶ Sciſmatic⁹ ad vnionẽ eccleſiæ reuerſus,ſi eligit in Epiſcopũ,electio nõ tenet:ſed ex diſpẽſatione põt confirmari.In prima ponit qſtio iuris.In ſecunda reſpõſio,ibi:*diximus*. quæ tria facit.Prĩò cõfirmari gratioſè permittit,ſi tria cõcurrãt.Secũdò de cõſecratiõe ꝓuidet,ibi: *mandantes*. Tertiò ꝓteſtatur,ibi:*ſalua*.¶ Caſus literalis. Quidã ſciſmaticus reuerſus ad catholicã vnitatẽ,electꝰ fuit in Epiſcopũ Aquilegiẽ. eccleſiæ ſuffraganeũ,quę tũc ſciſmatica erat.Quidã Cardinalis,legatus Apſticæ ſedis,quæſiuit,an electionẽ ipſius deberet cõfirmare.Reſpondet Papa,ſi à ſciſmatico nullũ ordinẽ recepit, & ipſius electio facta fuit ſecũdũ formã canonum:dũmodò nihil adſit,qđ impediat,ꝓmittit Papa diſpẽſatiuè ipſius electionẽ cõfirmari: mãdans,vt eũ faciat à catholicis Epiſcopis ſuffraganeis Aquilegiẽn. eccleſiæ cõſecrari,ſalua debita iuſtitia,& reuerentia eiuſdẽ eccle-
1 ſię ad catholicã redierit vnitatẽ.Bern.¶ No.j. ꝙ incidẽs ſemel in ſciſma, ſeu adhęrẽs Antipapę,nõ põt amplius de iure eligi,ſeu ꝓmoueri ĩ Epiſ. diſpẽſatiuè tn̄ poterit:vt hîc:& ĩ.c.nos cõſuetudi-
2 nẽ.xij.di.&.j.q.vij.c.cõueniẽtib⁹.cũ.§.ſe.¶ †An aũt ĩcidẽs ĩ ſciſma ſit hęreticus:vide gl.fin.xxiiij.q.j.c.j.Eſt.j.gl.poſt gl.ſummę,q̃ dicit,ꝙ nõ:ſi credit papatũ eſſe apud illũ,cui adhęret.Et idẽ dicĩ eo, q tenet ſe ꝓ Papa.& allegabat multũ ꝓ ſingulari gl.illa in ſciſmate ꝓterito. Nã dicebãt illi,q ſe gerebãt ꝓ ſummis põtificibus,ꝙ non poterãt per conciliũ iudicari:quia Papa non põt accuſari, niſi de hæreſi:vt in.c.ſi Papa.xl.di.Sed in caſu iſto ſchiſma eſt ſine hęreſi:
b vt dicit illa gl.ſing.[b]Sed ex aduerſo rũdebat:ꝙ gl.illa poterat ꝓcedere in ſciſmate nõ inueterato:ſed cum iſtud ſciſma fuiſſet antiquatũ:nec darẽt operã efficacẽ vt tolleret,nõ erat ſine grauiſſima ſuſpiciõe hæreſis.Itẽ poterãt reſpõdere,& melius: ꝙ cõtrariũ procedat in Papa indubitato:ſed ex quo inter Chriſtianos dubitabatur,quis eſſet verus Papa:hæc poteſtas diſcernẽdi cõpetit con-
3 cilio:vt eſt text.ſingu.in.c.ſi duo fortè cõtra fas.lxxix.di.¶ †Not. ij.ibi:*abiurato ſciſmate*.vnũ caſum,in quo criminoſus penit⁹ debet
c crimẽ abiurare.[c]i.cũ iuramẽto renũtiare.Et idẽ ſit in caſu hęreſis: vt in.c.quoties.j.q.vij.hæretici ergo & ſciſmatici, nõ debẽt recipi
4 ad vnitatem eccleſiæ:niſi prius abiurato crimine.¶ †Tertiò not. caſum,in quo electio nulla tãquã facta de inelegibili,diſpenſatiuè admittit,& cõfirmat ꝓ ſuperiorẽ,regulariter aũt cõtrà:vt in.c.in-
5 notuit j.eo.¶ †No.iiij.ꝙ ſubditi nõ tenẽtur obedire ſuperiori ſciſmatico,nec ab eo recipere ordines:nec aliqđ ſacramẽtũ.imò poſſunt ꝓpria authoritate ab eo recedere:vt eſt glo.in.c.cũ nõ liceat. de ꝓcri.Vñ Patriarcha Aquilegiẽn.q erat in ſciſmate,nõ requirit hîc ad cõſecrãdũ ſuffraganeũ ſuũ:ſed ſit cõſecratio ab alijs ſuffraganeis catholicis.¶ Et ex hoc & ex text.not.caſum, in quo ſuffraganei ſupplẽt defectũ Metropolitani.An aũt hoc ſit de iure:an verò hoc ꝓceſſerit ex ſpeciali mãdato Papę.Credo,ꝙ de iure.quod ſentit gl.in.c.j.c.diſt.Facit qđ no.in.c.ſuffraganeis j.e.& dic,vt ibi.

a ¶Digitus. Vide plenè in repertorio meo ad iſtũ in litera.n.ver.membrũ. vide Io.de Ana.in.c.ad audientiã.de cri.fal.& in.c.cũ ex iniũcto.de hær. ¶Adde Bar.latè conſi.cxciij.
Ant.Frã.¶ Ad hoc de digito,dicas:ꝙ nõ eſt mẽbrũ:ſed eſt officiũ mẽbri vt in.l.nõ ſunt.ff.de ſta.ho.in gl.fi.& in.l.Offili⁹.ff.de ædil.edi,& ibi Bar. no.& in.l.ij.ff.de publ.iu.& ille cui eſt abſciſſus digitus,nõ dicit debilitatus in mẽbro: vñ ſtatutũ loquẽs de debilitãte mẽbrũ, ſeu incidẽte: nõ habet locũ in incidente digitũ, vel debilitãte manus,vel pedes.per d.gl.ĩ.d.l.nõ fuit. ff.deſta.ho.Quod tn̄ intellige verũ: niſi incideret talis digitus ex quo tota man⁹ redderet inutilis:puta pollex:vt ibi p Bart. & ĩ.d.l.Offili⁹.& in.d.l.ij.de publi. iu.vbi dicit,ꝙ tũc mẽbrũ dicit debilitari qñ ei⁹ offm aliqualiter impedit.De quo ẽt vide per Io.an.in.c. fi.& ĩ.c.ij.de corp. vi.vbi ponit,an talis cui eſt abſciſſus pollex,poſſit ordinari.& an ille,q habet ſex digitos vel quatuor ĩ manu,poſſit ordinari:& an digitus dicat mẽbrũ:vide ẽt Bal.in aut. ſed nouo iure.C. de ſer. fugi.in prima colũ.& in.c.primo.de nou.for.fide.in vſib.feu.& eundem Bal. in .l.data opera.in.xv.col.C.qui accuſa.non poſ.& in.d.aut.ſed nouo iure.ponit q̃ ſint officia digitorum diſtincta.& vide ple.per Ioã.de Imo. poſt Bartol.in.d. l.ij.de pe.iud.& per Ange.Are.in trac.malefi.in gloſſ.in ver.membrum,
b ¶Glo.fin.Vide iſtũ poſt alios in rub.de ſciſma.
¶Adde quod voluit Oldra.conſi.lxij.& melius.lxv.
c ~SEB. SAPIA.¶ Abiurare.No.tn̄,ꝙ vbicũq; præſumit,ꝙ aliquis ſit facilis ad iurãdũ:nũq; cogit abiurare.i.cũ iuramẽto renũtiare,prout ſi clericus teneat cõcubinã:nõ debet cogi abiurare.Itẽ Abb.in.c.clericos.in prĩ. de cohab.cle.& mulie.cũ ſimilibus.de quibus p Deci.in.c.q̃ſtion.in fi.de appella.Et ideò dicit do.Abb.in.d.c.clericos.ꝙ non debet rector deferre iuramẽtum ſcholaribus,vt obſeruẽt ſtatuta:ex quo ſunt faciles ad iurandũ.Et ſcias,ꝙ verbũ abiurare,aliter accipitur apud humaniores,apud quos interpretat abiurare.i.rem creditam negare periurio:vt apud Vergi.lib. viij.Enæ.abiurateq; rapinæ.& ita huius interpres explicat.& in ſimilibus ſenſum ponit in.l.tẽperẽt.C.de veſti.olobe.li.xj.ibi,abiurato precio.
d ~SEB. SAPIA.¶ Quòd eccleſia.Vide text.& q̃ not.ibi p Abb.& Fe. in no.in.c.eã te.j.de reſcri.vbi not.ꝙ Iudæus factus Chriſtianus, eſt cõmẽdãdus,& eſt capax beneficij.vide gl.in.c.obeũtibus.§.fin. in gl.magna ad fin.lxij.diſt.q̃ vult,ꝙ emẽdatus prefert illi,q̃ ſemper fuit bonus,facit tex. in.c.fidelior.vbi gloſſ.diſ.vide.d.Iaſ.in rub.ff.de iuſti.& iu.colum.j.
e ¶Nouus hõ.Adde quãto tempore dicatur quis effectus nouus homo,di mittendo vitia?Ro.conſi.ccxxxvj.
f ¶Sine diſpẽſatiõe.Vide q̃ dixi in.c.bonæ.el.j.ĩ ver.denuo.§. de poſt.ꝓla.
g ¶Per abſolutionem.Adde quòd excõmunicatus ex antiqua lege indiget abſolutione,etiam poſt reuocatã legem: niſi in reuocatione dicatur,ꝙ antiquè lex debeat haberi pro infecta.Tunc enim oĩs effectus antiquæ legis eſt ſublatus:ita vt excõmunicatus non indigeat abſolutiõe:vt eſt gl.in clemen.j.in verſi.infectis.de immnu.eccle.& illam gloſſ.allegauit Cardi. hic. & iſte in.c.non debet.in fi.de conſan.& affi.in.c.cum te.de re iudi.& in c.nulli.de ſentẽ.excõ.plenè per dominũ meũ in.c.q̃ in eccleſiarũ.in.xv. col.de cõſtitu.Mod.in.c.fi.eodẽ titulo.Card.in.c.ad petitionẽ.de accuſa. ¶Adde quòd id,quod dicitur,quòd excommunicatus eſt infamis,debet intelligi cum grano ſalis:vt dicit Ro.ſingu.ſuis.folio.iij.vbi vide.

Cap. Licet de uitanda. Panor. ſuper Prima parte Primi.

a ¶ Per contrariũ actum. Faciat qd̃ voluit Bal. in. l. diuus Traianus. ff. de teſ. mi. & in. l. qui accuſare. C. de eden. & quod no. docto. in cap. cum in tua. de ſpon. c. inquiſitiõis. infi. de accuſation. vbi mala fama probata tollitur per bonam famam probatam.

Anto. Franciſ. ¶ Circa hoc de bona, vel mala fama, adde quod voluit Bal. in. l. fi. in vlti. col. C. de proba. & d. Alex. in. l. fi. ff. b de q. in. ij̃. & vlti. col. vbi dicunt, ꝙ bona fama probata elidit indicium ad delictũ. & ibi etiam dicunt, ꝙ indicium non ſufficit ad torturam contra perſonam honeſtam & grauem, & bonæ famæ: ſed contra pſonã vilẽ. de quo etiam per Ange. in. l. milites. C. de q. Et ad prædicta 3 vide pulchrũ conſil. Angel. cccviij. quod. incip. factũ eſt tale, Chriſtophorus &c. vbi dicit, quòd magis credendũ eſt teſtibus de bõa fama, c̃ deponentibus de mala fama, etiã ſi ſint pauciores numero. quia habẽt, qui deponũt de bona fama præ 7 ſumptionem naturæ pro ſe.

¶ Et adde, ꝙ teſtes deponentes 8 de fama, debẽt deponere de cauſa ſcientiæ. & generaliter quomodo probetur fama p teſtes, vide Bar. & Ang. poſt eum. in l. de minore. §. tormenta. ff. de. q. & Bald. & Saly. in. l. ea quidẽ. C. de accu. & per Io. An. Inn. & do. Anto. in. c. cũ oporteat. de accu. & p Archi in. c. omnibus. & in. c. presbyter. ij̃. q. v. & per Bart. in. l. iij̃. in. §. eius. ff. de teſti. & per Alex. in cõſi. xix. in. iiij̃. parte cõſil. & vide plenè per An. are. in trac. ma

mia facti: cũ cõſiſtat in facto, non põt tolli ex ſola pœnitẽtia: ſed oportet, ꝙ per contrariũ actum a tollat̃ à mẽtibus hominũ. Infamia verò iuris, qñ irrogat̃, nõ põt tolli: niſi per Principem: vt plenè dixi in. c. cũ te. de re iudi. ¶ † Et adducit̃ hæc litera in argumẽtũ: vtrũ hæreticus rediẽs ad fidẽ, recuperet iuſpatronat. qd̃ prius habebat? gl. in. c. maximũ. j. qõ. vij. & Io. hîc, tenẽt ꝙ ſic: ſed Bar. diſtinguit, vtrũ fuit lata ſentẽtia vel nõ: vt primo caſu nõ recuperet: ſecũdo ſic. Sed dic melius, & clari9, ꝙ vbicũq; præceſſit bonorũ publicatio ab hoſie, vel â iure, nõ recuperat qs bona p pœnitẽtiã, quia ſemel cõmiſſum nõ retractat̃. facit. c. vergentis. iuncto. c. penũ. de hære. & l. cõmiſſa. ff. de publi. niſi Princeps de gratia reſtitueret eum ad priſtina bona. ¶ An aũt talis reſtitutio trahat̃ ad bona prius alienata p Principẽ. dic, ꝙ non: vt no. Bar. in. l. fi. C. de ſentẽ. b paſ. Si autẽ publicatio bonorũ, nõ eſt facta: ſed ſolũ pdidit quis exercitiũ iuriũ ſuorũ: vt cõtingit in exõicato & ſchiſmatico: tunc iſti integrè recuperãt bona ſua, ex quo redeũt ad vnitatẽ. & in hoc caſu intelligit̃ iſte tex. Nã eccleſia nõ pdit iura ſua: ſed ſolùm exercitium ſi prælati & electi labũtur in hæreſim: ideo per reuerſionem ad vnitatem exercent priſtina iura.

SVMMARIVM.

1 *Papa debet eligi ſaltem à duabus partibus Cardinalium: aliàs electio eſt nulla. §.*

2 *Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſui ſucceſſoris, quem tamen non põt eligere ipſe.*

Concordia non dicitur interuenire, ſi vnus diſſentit.

3 *Papa, ſi reperitur quòd tempore ſuæ electionis erat vxoratus: tamen debet remanere in papatu.*

4 *Diuus Petrus habebat vxorem, cum promotus eſt ad papatum. Continentia verò proceſſit ex conſtit. eccleſiæ.*

Græci presbyteri habent vxorem.

Vxoratus ſi facit ſe promoueri ad ſacros ordines, licet illos recipiat: verè tamen non habebit illorũ d *executionem, ſi vult cum vxore permanere.*

6 *Epiſcopatus non habet maiorem dignitatẽ ſupra ſe: ſed habet officium.*

7 *Subiaceat excommunicationi: intelligitur ipſo iure.*

Verba futuri temporis indigent executione, non autem important ipſo facto.

8 *Electio Papæ licet nulla, poteſt cõualidari, ſi ſuperueniunt conſenſus Cardinalium, qui aſcendant ad perfectum numerum.*

9 *Sententia non poteſt ferri de futuris, ſi obligatio non eſt orta de præſenti.*

10 *Electio Papæ vtrũ poßit per aliquã excepto. elidi.*

11 *Statutum excludens omnem exceptionem contra inſtrumentum publicum, vel contra ſententiã: non excludit, quin poßit excipi, ꝙ inſtrumentũ non eſt publicum: vel ꝙ ſententia non eſt ſententia.*

Sententia lata à non ſuo iudice, nõ dicitur ſentẽtia.

12 *Electus metu, ipſo iure nullã habet iuriſdictionem.*

13 *Electus, an cõputet vocẽ ſuã in numero eligentium.*

14 *Maior pars intelligitur de maiori parte præſentium in concilio.*

15 *Cardinales omnes ſi mortui ſunt, ad quem ſpectat electio Papæ.*

CAP. VI.

Licet de uitanda.

¶ † Elect9 in Romanũ põtificẽ à duab9 partib9 Carnaliũ nulla exceptione obſtante eſt Papa. Electus autẽ à minori numero gerens ſe pro papa, incidit vnà cũ ſibi adhærentibus in pœnas hîc contentas. hoc dicit. Et ſunt tres partes. In prima ponit̃ b cõſtitutionis cauſa. In ſecũda cõſtitutio. In tertia q̃dam proteſtatio. Secunda ibi: *ſtatuimus.* Tertia ibi: *ex hoc.* ¶ Caſus literalis. In ordinatiõe Romani pontificis eccleſia ſæpe paſſa eſt ſciſſurã propter multorum ambitionem. Ad malũ hoc euitãdũ in poſterũ, ſtatuit Alexander in cõcilio Lateran. quòd ſi in ordinatione ſummi põtificis plena omnium Cardinalium non potuerit eſſe cõcordia, & duæ partes cõcordauerint: & tertia noluerit conſentire duabus: vel ſi aliũ nominare præſumpſerint: ille, qui â duabus partibus eſt electus, ſine omni exceptiõe, Romanus pontifex habeatur. Si qs verò de tertia parte confiſus epiſcopatũ vſurpare præſumpſerit, excommunicationi ſubiaceat ita, vt etiam viaticum ſibi denegetur niſi reſipuerit. Præterea, ſi à paucioribus, quàm â duabus electus fuerit: niſi maior concordia interuenerit, nullatenus aſſumatur: & prædictæ pœnæ ſubiaceat. Et ex eo, quòd de ordinatione Romani pontificis ſtatuitur, nullum fit præiudicium canonicis inſtitutis, & alijs eccleſijs: in quibus ſententia maioris, & ſanioris partis debet p̃ualere. Quia qd̃ eis in dubiũ venerit, per ſuũ ſuperiorem poterit diffiniri: ſed in Romana eccleſia ſpeciale quid ſtatuitur: quia 2 ibi nullus ſuperior inuenit̃. Bernard. ¶ † No. c primò, quòd papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electiõe ſui ſucceſſoris: habet ergo iuriſdictionem ſuper explicandis poſt mortẽ ſuã. ¶ Et hoc procedit ex poteſtate ſibi à Chriſto tradita, dũ in perſona Petri ſibi dictum eſt quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis. &c. vt habetur in Euangelio: tranſumptiuè. xxiiij. qõ. j. c. quodcũq;. & exponuntur illa verba, quodcunq; ligaueris. ſ. per ſtatuta, d vel præcepta: vt not. Innoc. in. c. quanto. d de conſue. Et ponderandum eſt hoc verbum quodcũq;, qd̃ eſt vniuerſale affirmatiuum. Nihil enim excludit: dũ dicit, quodcũq;: vt in. c. ſi Romanorum. xix. di. & in. c. ſolitæ. de maio. & obe. Et intellige claue diſcretionis nõ errante: vt in. c. manet. xxiiij. q. j. not. Ho. in. c. quanto. de trãſ. Epi. & Inn. ĩ. c. quãto. de iureiu. ¶ Hinc dicimus duas eſſe claues Petri, per vnã ſignificat̃ poteſtas: per aliã diſcretio ſiue ſcientia. vñ vna ſiue reliqua parũ valet. de quo legi. & no. xx. di. in. c. j. cũ. c. ſeq. & c. fi. de exceſ. Præla. Nõ tñ papa põt ſibi eligere ſucceſſorẽ: vt no. gl. in * c. Apoſtolica *. §. hisoĩbus. viij. q. j. & ſequitur Io. An. hic, & Archi. in. c. ſi trãſitus. lxxix. diſt. & tenetur hoc dictũ cõiter per doct. Et eſt rõ: qa effectus hmõi electiõis refertur ad tp̃s, quo nõ eſt futurus papa. l. eũ qui. ff. de iuriſdi. om. iudi. ſed cõſtitutio, quã facit ſuper electiõe, admittitur: qa prouidet futuris ſcãdalis, & in ca ſu, quo alius p̃ter eũ ꝓuidere non põt. Poſſet tñ papa dare poteſtatẽ alicui prælato eligendi ſibi ſucceſſorẽ: vt in. c. petiſti. vij. q. j & tũc fit electio authoritate papę & nõ propria. ¶ No. ij. ꝙ papa ſępe facit ſtatutũ approbãte cõcilio duntaxat non diſponẽte, ac etiam de concilio Cardinaliũ. Et vide qd̃ dixi. s̃. in. c. Oſius. & ĩ. c. j. de ſpon. & videtur honeſtum, vt iſta, quæ concernũt electionẽ futuri Põtificis, explicentur in

leficiorũ. in gl. in verſi. fama publica p̃cedẽte. & ibi per apoſtillam.

b ¶ In. l. fina. c. de ſen. Adde gl. fi. & ibi Bar. & alios in l. Gall9. §. & qd ſi tm̃. ff. de li. & poſt hu. vide ibi plenè per Alex. in. viij̃. col. Imol. & iſtũ in. c. inter quatuor. de ma. & obe. & ibi p do. Fel. in iiij. colũ. in ver. in quãtũ cũ alijs cõcordã. ibi poſitis peũdẽ. in. c. vergẽtis. in. ij̃. colũ. de hære. Imo. in cle. j. e. ti. in fi. & in. c. in nr̃a. de procur. ¶ Adde Alexan. conſi. cj. ij̃. lib.

SEB. SAPIA.

c ¶ No. primò. Vide Card. in cle. ij̃. in. v. q. de elec. vbi dicit, ꝙ licet Petrus elegerit ſibi ſucceſſorẽ, tamen eius exemplum non eſt trahendũ ad cõſequẽtiã. & ibi qd ſi cũ Cardinalibus facit cõſtitutionem circa electionẽ ſucceſſoris: an valeat. Et vide etiã excellentiſsimum Iurecõſultũ do. Ioannẽ de Sylua. in trac. de iureiurand. in iiij̃. parte. col. vij. ver. xxxix.

d ¶ Per ſtatuta. Ad de Innocen. in. c. qd̃ ſup his. de vo. & vo. redemp. & not. Moder. in. c. j. de conſtitu.

3 tur in cõcilio: vt hîc. & in c. in noïe dñi. xxiij. dist. ¶ †No. iij. ꝙ cõ
currẽtibus duabus partibus collegij, nõ dicit intercedere plena cõ
cordia. Et plus dico, ꝙ etiã nõ potest dici cõcordia: vbi vnus solꝰ
a discrepat: vt no. in cle. ne Romani j. e. ti. dixi in. c. nõ potest[a] j. de re
4 iudi. ¶ †Not. iiij. ibi: *absq; vlla exceptione*. casum, in quo remouet
omnis exceptio cõtra electũ: ergo à duabus partibꝰ nõ poterit op-
poni, quòd non sit de collegio Cardinaliũ: licet aliud iura antiqua
viderẽtur innuere: vt in. c. oportebat. lxxix. di. &. c. solet. vel quòd
sit vxoratus, vel monachus: vt no. gl. in. c. si quis pecunia. ea. dist. &
in. c. quã sit. xviij. q. ij. ¶ Qualiter autẽ fiat, si in veritate electus in
Papã habeat vxorẽ, vide gl. fin. in d. c. si quis pecunia. quæ dicit, ꝙ
si refricatur in dubiũ, põt dicere, ꝙ nemo põt cognoscere: cum in
hoc nõ habeat superiorẽ. Si verò cõstat clarè de matrimonio: tũc
aut vxor inducet ad cõtinẽtiã: aut si noluerit cõtinere, reddat de-
bitũ: & nihilominus stet in papatu: quia nõ repugnãt substãtiæ pa
patus, seu clericatus. Nã & Petrus habebat vxorẽ: cũ fuit promo-
tus in Papã: cõtinẽtia autẽ processit ex cõstitutiõe ecclesiæ. Vñ vi-
demus, ꝙ presbyteri Greci sine pcõ cõtrahũt matrimoniũ: vt in
c. Nicena. xxj. d. dist. & no. j. c. cũ olim. de cle. cõiu. & facit quod in
fi. no. Inn. in. c. placet. de cõuer. cõiug. & ꝑalle. gl. de quo aliâs dubi-
taui. quã approbat hîc. d. Ant. Et ad prędicta facit iste tex. qui dicit
ꝙ electus à duabus partibus debet haberi pro Romano Pontifice
absq; vlla exceptiõe. Videt ergo hîc Papa ap ꝓbante cõcilio abstu-
lisse oẽ impedimẽtũ iuris positiui. sec⁹ effet, vbi cõiugat⁹ faceret
se ꝓmoueri in sacerdotẽ licet eñ iste recipiat verũ ordinẽ, vt no.
Inn. i. d. c. placet. Tñ si restituit vxori petẽti, nõ habebit excusatio-
nẽ ordinis: quia ecclesia cũ isto nõ legit dispẽsasse. & per has ra-
tiones põt saluari gl. in d. c. si quis pecunia. quã perpetuò tene men
5 ti. ¶ †Quintò no. ibi: *electus fuerit*. ꝙ ex sola electione[b] duarũ par-
b tiũ Cardinaliũ, elect⁹ cõsequitur papatũ. vnde nõ appellat electus:
sed Romanus põtifex: nec indiget ad exercitiũ põtificatus cõfirma
tione, seu cõsecratiõe, vel intronizatiõe. Et hoc ꝓbat apertè iste
tex. & clarius no. Inn. ¶ Et an verbũ receptus, positũ in text. quod
videtur obstare, quasi vltra electionẽ, requirat receptio? dicũt do-
cto. ꝙ copula. & põt exponi pro, id est: *vel intelligitur receptus
habito respectu ad cõsuetud inẽ: quia elect⁹ intronizat. Itẽ põt ve-
rificari verbũ, qñ qs habet duas partes ꝓ accessum aliorũ Cardina-
6 liũ: licet à principio non habuerit duas partes: vt j. dicã. ¶ †Sextò
no. ibi: *nomẽ Episcopi*. ꝙ Papa appellat Eps. Nã denominat se ab or-
dine tanquã digniori. & nõ ab officio. Nã sup episcopatũ, non est
dare aliũ ordinẽ: licet reperiat maior dignitas. de quo vide glos. in
c prœ. vj. in prin. ¶ †Not. vij. varias pœnas, quibus afficit gerens
8 se ꝓ Papa cõtra cõstitutionẽ huius capituli. Nã priò est excõicat⁹
ipso facto vnà cũ sibi adhærẽtibus: & hoc tenẽt doctores exponẽ-
tes textũ ibi: excõicationi subiaceat, s. ipso iure. Et pro hoc facit vl-
tra eos. qa per ista verba: excõicationi subiaceat, fertur excõicatio
ipso facto, vt habes gl. no. in. c. vnico. de iniurijs. li. vj. probatur in
c. si qs suadẽte. xvij. q. iiij. iũcto titulo de sentẽtia excõicatiõis. Nã
in. c. si quis suadẽte. dicitur, ꝙ percutiẽs clericũ excõicationi subia-
d ceat[d]: & tamẽ iura cõiter interpretãtur, ꝙ per ista verba feratur ip-
so facto excõicatio: vt patet in toto tit. de sentẽtia excõ. & hoc la
tius tetigi: vt credo in. c. aduersus. de immu. ecclesia. ¶ Secũda pœ-
na venit imponẽda per sentẽtiã. s. depositio ab ordine: vt patet ibi,
mulctentur. quę verba sunt futuri tẽporis: & ex ꝓprio significato re
quirunt executionem ordinis, vt notat glos. in. regula, in pœnis.
de regulis iuris. libr. vj. dixi in. c. si diligenti. de fo. compe. ¶ Ter-
tia pœna, quia denegatur eis in vita communio corporis Christi.
¶ Quarta, ꝙ nisi resipuerint, incurrunt perpetuã damnationem
post mortẽ cũ Dathẽ & Abyrõ, quos terra miraculosè viuos ab-
sorbuit. Et tangitur hîc historia, q̃ habetur Numeri. c. xvj. Nã isti
duo & Chore tertius, inter eos insurgẽtes cõtra Moysen & Aarõ,
volebãt sibi vsurpare põtificatũ: nec obediebãt Moysi & Aaron.
Tandẽ miraculosè dũ oẽs offerrẽt incẽsum, terra dirupta est, vbi
isti & familia ipsorũ cõsistebãt: & eos viuos absorbuit: & ignis e-
xiuit terribilis & cõbussit ducẽtos & quinquaginta viros, qui istos
sequebantur in eorũ facinore. & plenius dic, vt habet in. d. c. xvj.
9 ¶ †Octauò no. ꝙ electus à maiori parte Cardinaliũ, nõ debet se
gerere ꝓ Papa: aliâs incurrit pœnas ꝑdictas: nisi maior cõcordia in
tercesserit. i. nisi alij Cardiales accedãt ad istũ electũ à maiori ꝑte.

a ¶ Non potest, vide ibi Mod.

b ❧ SEE. SAPIA, ¶ Ex sola electione. Vide Bal. in. l. fi. col. ij. versi. & d
cit Inn. C. de quadri. præsc. & in. c. j. qui feu. da. pos. vbi tenet, ꝙ Papa post.
electionem potest administrare. Spec. in ti. de rescri. præsenta. §. ix. versi.
Item quòd obtentum.

Ita, ꝙ computatis istis posteà accedẽtibus, ha-
beat duas partes. Et est istud spãle in electione
Papæ: vt posit cõualescere ꝑ accessum aliorũ.
Et qđ accedẽtes ex post facto computentur in
numero, ita quòd augeãt numerũ eligẽtiũ: se-
cus in electione aliorũ Prælatorum. vt not. in
c. auditis. &. c. quod sicut &. c. ecclesia. el. ij. j. eo
dem. ¶ Not. ergo regulam, quòd in explican-
dis per collegia inferiorum ecclesiarum, suffi-
cit maior & sanior pars collegij. Et not. quòd
duo requiruntur copulatiuè: nõ ergo sufficit,
quòd sit maior pars, nisi etiam sit sanior. Nec
etiam sanior: nisi sit etiam maior. cõcor. c. quia
propter j. e. &. c. j. j. de his, quæ fi. à ma. par. capi.
Et per hũc tex. & iura proximè alleg. dic, quòd
e etiam in statutis cõdendis[e] sufficit maior pars
collegij: nec requiruntur duæ partes cõsentiẽ-
tes: cùm text. iste ponendo regulam, requirat
solum maiorem partem. & sequitur Bar. pro-
priè in quæstione statutorum, in. l. omnes po-
puli. ff. de iust. & iur. Et hoc tene, quicquid sen
serit gl. in. c. j. de his quæ fi. à ma. par. ca. ¶ Item
no. finem literæ, & tene eam menti. Ex qua col
f ligunt duo dicta notanda. Primò, quòd papa[f]
non habet superiorem: vnde dixit Io. An. in. c.
olim j. de resti. spol. quòd papa omnino nulli e
subest. Idẽ sensit Hosti. in. d. c. quãto. de trãsla.
g epi. vbi dicit, [g]quòd papa & Christus faciunt
vnum consistoriũ, ita quòd excepto peccato,
potest papa quasi omnia facere, quæ potest
Deus: & nisi circa fidem à nemine potest iudi-
cari. Ad idem vide quod no. Io. an. in. c. ad ho-
norem. de autho. & vsu pal. vbi quasi idem sen f
sit. Et facit quod habetur. ix. q. iij. c. nemo. &. c.
aliorum. &. c. cuncta per mundum. & in. c. per
principalem. Sed tu limita: vt dixi in. c. signifi-
casti. §. eod. ¶ Secundò colligitur, quòd super
schismate non potest congregari cõcilium. Et
ad id quod tex. hîc dicit: dic, quòd ideo specia-
le statuitur hîc in duabus partibus Cardina-
lium: quia non potest ad superiorem haberi
recursus. Et videtur hoc dictum tenere hîc. d.
Anto. Sed tu vide text. fing. in cõtrarium. in. c.
si duo fortè contra fas. lxxix. distin. vbi apertè
probatur: maximè iuncta glos. quòd in discor
dia duorum electorum, debet congregari cõ- h
h cilium[h] generale. & ille remanebit papa, quem
concilium approbauerit. Et fuit illud. c. valde
singulariter alle. Pisis & Cõstantię, quãdo fuit
congregatum concilium contra illos conten-
dentes de papatu. ¶ Quis autem congregabit
tunc concilium, cum ad solum papã pertineat
cõgregario concilij: vt. xvij. di. multis. & quasi
per totum? Dicit Hug. notabile verbum in. d.
c. si duo. qđ notabiliter retulit Arch. ꝙ ad col-
lationem Cardinaliũ spectabit congregatio.
& illud dictum Hug. multum fuit allegatum
in illa congregatione concilij & practicatum.
vñ Cardina. cõueniẽtes Pisis, scripserũt ad vni
uersos principes & ꝓlatos orbis. Et pro hoc fa
cit. nam ex quo electio papæ pertinet ad Car.
ergo omnia per quę puenit ad electionẽ vnici
& veri pastoris, debẽt ad eos pertinere. arg. in

ZACHARIAS.

c ¶ Gl. in prœ. vj. in pri. Adde quæ ibi posui in apost. ad istũ post alios, &. s. i. c. bonæ. el j, in apost. in ver. ita etiã Card. post alios. nu. v. s. de po stu. Præla.

d ¶ Excõicationi subiaceat. Adde istum in. c. cleric⁹. in vlti. col. ne cler. vel mona. & dñm meum do. Audr. Sicu. i. c. si diligẽ-ti, de fo. cõpe. vbi plenè de hoc. & Dy. &. d. Fel. i. c. rodulphus. i. xx-viij. col. in ver. ver ba latæ sententiæ. ibi: subiaceat. in xiij. col. & sequẽ. vbi de hoc verbo subiaceat, & aliꝭ s. de rescrip. & vide istũ in. c. cum in cunctis. §. fina. in vlti. colum. j. eod.

e ¶ In statutis cõdẽ dis. Vide no. in. c. cum oẽs. de cõsti. s. post gl. & ibi p dñm Fe. post alios in. xvj. co. ibi: i ea. gl. si verò sunt plu res, vt collegium.

f ¶ Papa. Adde qđ voluit pulchrè Bal. i. l. rescripta. in. ij. co. in ver. de papa aliqd dicã. C. de prec. imp. offe.

❧ SEB. SAPIA.

g ¶ Vbi dicit. Vide q̃ addidi. s. eo. c, si gnificasti. & vide Car. i cle. j. §. fi. q. xvij. de iureiur. vbi dicit, qd pos-sit Papa. Fel. in. c. cõstitut⁹. de rescr.

h ¶ Consilium. Vi de q̃ dixi. s. eo. fi-gnificasti. in vers. concilia.

ZACHARIAS.

¶ Sit ista firma conclusio, ꝙ vbi agit cõtra Papã: tunc cõcilium est supra cũ, & illum iudicare põt: vt plenè not. Archi. & Do. i. c. in fidei fauorem. de hær. li. vj. & iste in. c. significasti. j. eo. tit. & in. c. propo suit. de cõcess. ꝓb. & in. c. fraternita tis. & ibi Fel. de hære.

a ¶ Poſſe. Adde. c. faciat homo. xxij. qō. ij. & l. filius. ff. de condit. inſti. & quod leg. & not. in. c. ſciſcitatus. ſ. de reſcrip.

A Intelli ge vbi eſt quæſtio de papatu inter duos. Scd ſi vn⁹ eſt pa pa indubi tatus, tūc nullus eſt ipſo ſupe rior. vt p iſtū in. c. ſignifica - ſti. ſ. eod.

SEB. SAPIA.

b ¶ Vltimò. vide Bar. in. l. j. ff. de in iu. rupto. Alexā. conſi. liij. col. fina. ver. quinimo. vol. j. Georgium Natam in cle. ſæpe. in prin. in. iiij. no. de verb. ſigni.

c ¶ Vnus. vide qđ leg. & no. in. c. j. de his, quæ fiunt à maio. par. capi.

SEB. SAPIA

d Vbi dicitur. Vide de hac regula Ange. de Aret. in §. præiudiciales. in. A. colum. vbi remiſsiuè do. Iaſon. colum. xj. inſti. de actio. Et limita ſingu. vt per Lanfrā. de oria. in clem. di ſpendioſam. colū. iiij. ver. prima eſt iſta. de iudi.

e ¶ Tractus. Adde Bald. & But. in. c. auditis. de procu. Butr. & Imol. & alios. in. c. finem litibus. de dolo & contuma.

¶ Adde tu Rom. conſi. cxxxvj.

c. prudentiā. & c. prætereà. de offic. dele. & in l. oratio. ff. de ſpon. & in. l. ad legatum. & l. ad rem mobilē. ff. de procu. & l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et ad iſtū text. in eo, quod dicit ad ſuperiorē nō poteſt haberi recurſus. dic ſ. [A] cōmodè: quia cōciliū gn̄ale non poteſt de facili congregari, & interim eccleſia patere tur grauiſsimū præiudicium. Nō em̄ dicimur poſſe, [a] qđ cōmodè nō poſſum⁹: vt in. l. nepos Proculo. ff. de ver. ſig. ¶ Vltimò [b] ex p̄dictis & ex tex. no. ꝙ electio Papæ ſpectat ad Cardinales dūtaxat. Eſt ergo opus, vt expectetur Imperator, vel etiā ipſius nūtius, ſicut olim. lxiij. di. *c. quia*. §. verū. Et licet, ſecūdū iura, antiqua Ep̄i Cardinales haberēt prę alijs p̄rogatiuam: quia ipſi prius tractabant de electione: poſteà vocabāt Cardinales presbyteros & dyaconos: vt habetur in. c. in noīe dn̄i. xxiij. di. Hodie tamē ex cōſuetudine oēs Cardinales pares ſunt. Puto tamē, ꝙ de iure deberet ſeruari primū: quia iſte tex. nō derogauit priorib⁹ cōſtitutionibus: ſed adiunxit, vt patet in prin. ibi: *decreuimus adiungendum &c.* A lege aūt antiqua nō recedit: niſi quatenus reperitur cautū in noua: vt. l. præcipimus. in fi. C. de ap. ¶ Sed aduerte ad vnā notabilē obiectionē, quā fecit cōciliū Piſis & Cōſtātiæ. dicebāt em̄, ꝙ iſta iura, quæ tribuūt Cardinalibus electionē Papæ, loquūt quando eccleſia vacat per mortē, vel renūtiationē Papæ. Quādo aūt p̄ cōciliū: vel ꝙa cōcilium cōgregatū ſup̄ diſcordia decreuit nullū eſſe Papā: tunc electio debet ſpectare ad totū conciliū: quia iura antiqua vidētur hoc velle: vt. d. c. ſi duo. cū ſi. cōtētis in ea. di. quæ iura in hoc caſu nō reperiunt correcta per iura noua: ergo ab eis nō eſt recedēdunt: vt. ſ. dixi. Placet mihi in iure hæc obiectio, ex quo conciliū eſt congregatū. Pro euitāda tamen diſcordia fuit obtentū, vt cōciliū pro illa vice trāsferret poteſtatē ſuā in collegiū Cardinaliū: & ita Cardinales elegerunt ex ptāte propria & concilij. & hæc diligēter notab is. ¶ Sed p̄ declaratiōe text. quæro, dicit hic ꝙ ſpāle aliquid ſtatuitur in electiōe Romani pōtificis circa concurſum duarū partiū: nunquid ſint & alia ſpālia? dic, ꝙ ſic: quorū quidā colligunt ex iſto tex. & miſcēdo, ea q̄ cōſiſtūt in iure & in facto: dic poſt Io. And. ꝙ eſt ſpāle in ſcrutatorib⁹ vocū. Eligunt em̄ duo gn̄ra ſcrutatorū. Et prīò tres q debēt ſcrutari vota oīm Cardinaliū. Itē alij tres, qui debēt ſcrutari pri⁹ vota iſtorū triū ſcrutatorū & eligūtur iſti tres ſcrutatorès de quolibet ordine Cardinaliū. ſ. vnus Ep̄s, alius Presbyter, tertius Diacon⁹. Et hoc cōſiſtit in facto, nō in iure: ꝙa Cardinales cōſueuerūt ſic facere: non autē adſtringunt à iuris impoſitione: vt j. dicā, nulla forma eſt eis à iure impoſita. Secūdū ſpeciale, q libet Cardinalium poteſt nominare quos, & quot vult: nec refert vtrū qlibet Cardinalis dicat eligo, vel dicat: noīo, ſeu cōſentio in talē. Iſte em̄ tex. aliquando appellat electionem, aliq̄n cōſenſum. Vn̄ ſatis eſt vt habeat cōſenſum duarū partiū Cardinaliū, p̄ quēcunq̄: dummodò intendant eū eligere in Papā: ſecus eſt in electiōe aliorū prælatorū: ꝙa debet fieri electio p̄vnū, noīe toti⁹ collegij: vt in. c. ſicut. de elect. i. lib. vj. vt le. & not. in. c. in Geneſi j. eo. ¶ Tertiū ſpāle, quia nō eſt differentia in ordine noīationis. Nō em̄ eſt vis, vtrū vltimò nominatus fuerit electus. Satis eſt em̄, quòd ſit electus à duabus partibus. Sed certè idē eſt in electionibus aliorū p̄latorū: ꝙa per noīationē nō acquirit ius primò noīato: vt in. c. qđ ficut j. e. ¶ Quartū ſpeciale eſt in acceſſu: nam durante ſcrutinio, q̄tūcūq̄ publicato, poſſunt alij Cardinales accedere ad electū per alios, & reſilire ab electiōe, quā fecerāt: vt ſic habeatur conſenſus duarū partiū: vt. ſ. dixi. Vnde ſi reperitur quis electus etiā ab vno ſolo: ex quo nemo reperitur electus à duabus partibus, poſſunt Cardinales accedere ad iſtum, & augmentare numerū eligentium. ar. hīc in. § prætereà. quod non eſt in electionibus aliorū: vt. ſ. dixi. Tn̄ dicit Hoſti. hoc procedere, niſi nominatus à minori parte geſſerit ſe pro Papa: ꝙa cū tūc ſit ipſo facto excōicatus: vt. ſ. dixi: nō videt de mente huius tex. ꝙ poſsint alij ad iſtum accedere, & ſuam electionem validare. quod mihi ſatis placet. ¶ Quintū ſpeciale colligit ex p̄dictis, & ſpecificè: cum Cardinalis vult variare publicato ſcrutinio. Nam dicit Hoſti. ꝙ non pōt ſimpliciter reſilire ab electiōe, quā fecit, etiā ſi reperiat ab ipſo ſolo electus: ſed bn̄ pōt variare per acceſſum. i. accedēdo ad electū per alios. arg. hīc in ver. p̄tereà. Quod nō cōtingit in electione aliorū: ꝙa publicato ſcrutinio non poſſunt electores variare, ēt p̄ acceſſū. vt in. c. publicato j. eod. ¶ Sextū ſpāle, ꝙ in electione Papæ non fit collatio: niſi quo ad numerum: vt hīc. in alijs verò electionibus, fit etiam collatio quo ad meritum. & c. vt in. c. eccleſia. ij j. eo. ¶ Septimū ſpeciale eſt ꝙ in iſta electiōe nō admittit aliqua exceptio cōtra electum à duab⁹ partib⁹: ſecus in alijs: vt in. c. fi j. eo. li. vj. Quod an ſit verū indiſtinctè j. latius dicā poſt glo. ¶ Octauū ſpeciale in expectatione abſentiū Cardinaliū. debet em̄ abſens expectari, put dicit in. c. vbi periculū. j. e. li. vj. ¶ Nonū ſpeciale, ꝙ à iure nulla forma eſt tradita in iſta electiōe papę. vn̄ poſſunt Cardinales eligere: vt volūt dūmō conſentiāt duę ptes vt hīc. Poſsūt ergo eligere p̄ ſcrutiniū ſecretū, ſeu publicū, vel facere cō promiſsū. Dicit tn̄ Io. An. & bn̄ ꝙ [c] ſolus Cardinalis poſsit reſiſtere cōpromiſſo: ne p̄iudicet iuri ſuo: ꝙa in re cōi potior eſt conditio p̄hibētis: vt in regu. in re cōi. li. vj. Idē tn̄ eſt quo ad hoc vltimū in electiōe aliorū p̄latorū: vt no. in. c. ſcriptū. & in. c. ꝙa p̄pter j. eod. ¶ Decimū ſpeciale: ꝙa electiōes aliorū p̄latorū reqrūt cōfirmatiō nē: vt. ſ. e. ti. c. poſt q̄. & j. e. nihil. ſed electio papæ nō reqrit de alio adminiculo: vt. ſ. dixi. Vndecimū ſpeciale, ꝙ in electiōe papę reqrunt duę ptes collegij: ſed ī electiōe aliorū ſufficit maior ps, vt hīc. ¶ Duodecimū ſpāle quo ad p̄ſonas hic cōtētas, q̄ nō habet locū in electionib⁹ aliorū. ¶ Tertiūdecimū & vltimū, circa exceptionē ex cōicatiōis, ſuſpēſiōis, vel interdicti nō admittēdā cōtra eligētes. Nā Cardinales, vt citò p̄uideat eccl̄iæ vniuerſali, nō p̄nt repelli p̄ exceptionē p̄miſsā: vt ī cle. ne Romani j. e. Sed electores aliorū p̄latorū, p̄nt repelli: vt no. ī. c. illa j. e. p̄nt ēt adduci alia ſpālia, q̄ colligas p̄ te ex tex. c. vbi p̄icul. & cle. ne Rom. p̄al. ¶ In gl. j. ī fi. Et dic, ꝙ ſuper electione papæ emanauerūt q̄nq̄ iura. Primū ius antiquū, de quo exēplificat iſta gl. Scđm ius nouū hui⁹ capl̄i. Tertiū fuit magis nouū ī quadā extrauagāti Inn. quarti, q̄ īcipiebat, frequēter. & hodiè illa eſt ſublata p̄p cōpilatidnē Sexti. Quartū fuit ius magis nouū: vt ī. c. vbi p̄iculū j. e. li. vj. Quītū fuit ius nouiſsimū, qđ habetur ī cle. ne Ro j. e. ¶ † In gl. ij. ī fi. vbi dicit. [d] ꝙ tractus [e] futuri t̄pis nō ſpectat ad iudicē: ergo nō potuit papa hīc cōdere ſtatutū ſup̄ futuris cauſis. Doc. p̄ ſolutiōe remittūt ad no. ī. c. ī noſtra. de ſepu. & ī. c. p̄latis. de hom. lib. vj. Sed die clari⁹, ꝙ cōtrariū loq̄t in iudice q nō p̄t ſnīare ſup̄ futuris, ſi obligatio nō eſt orta de p̄ſenti: ſec⁹ eſt in cōſtitutiōe, q̄ fieri p̄t, vt obuiet futuris malis: ꝙa cōſtitutio nō vidicat de p̄nti ſed ſnīa ſic. Iō aliud ī ſnīa, q̄ ī cōſtitutiōe. & vide ad p̄dicta tex. iūcta gl. ī. c. Ro. § caueāt. de ſen. exc. li. vj. ¶ In gl. iij. ī fi. vl̄ expone ſcđm Io. an. inimico hoīe. i. hoī. Nā diabol⁹ inimicat hoī bus p̄pter inuidiā. De quo vide bo. tex. xvj. q. ij. ī. c. viſis. & de pœ. di. ij. ī. c. Prīceps. ¶ † In gl. in ver. *excepti̅ōe*. ibi: *niſi de hæreſi*. Pō dera bn̄. vult em̄ ꝙ cōtra electū à duab⁹ partib⁹ Cardinaliū poſsit opponi de hæreſi, p̄ viā exceptiōis. Inn. & Cōpo. dicūt ꝙ licet papa poſsit accuſari de hæreſi; vt in. c. ſi papa. alleg. ī gl. nō tn̄ p̄t de hę reſi excipi: ꝙa iſta litera remouet oēm exceptionē. Et p̄ hac opi. facit, ꝙa ex ſola electiōe, elect⁹ cōſequitur ius: vt. ſ. dixi. Et no. hīc in gl. fi. ideò exceptio nō eſt in hoc caſu proportionabilis: quia exceptio opponit cōtra petētē: cū ſit actiōis excluſio: vt ī. c. ij. de or. cog. Sed electus in papā nihil petit: cū iam ſit adeptus plenum ius.

Gof. &

a ¶ Detrahitur. adde Gemi. in. c. filij. de hæ. lib. vj. faciat etiã gl. fing. l. iurisg. §. quod ferè. in ver. cõtrariũ ibi cãm obligandi. ff. de pac. & ibi Ang. alle. Cy. in. l. reos. §. cũ in tabulis. in ver. videbantur. ff. de duob. re. Tertia est in l. j. in ver. inter pñtes. C. de contrahen. & cõmit. sti. & tex. melior de iure in l. quinq. & ibi Bar. C. de apo. pub. lib. x. Bal. in. c. iiij. loco. de proba. alle. gl. in. d. §. quod ferè. Bald. in. c. sicut. de re iudica. & in. l. generaliter. de nõ nu. pecu. Butr. in c. si cautio. de fide inst. gl. j. in. l. ij. §. circa. ff. de do. exceptio.

b ¶ Non sit publicũ. Adde Romã cõs. xj. Pau. de ca. consi. cxliij. Old. consi. cvj.

ZACHARIAS.

¶ Adde alias tres pulchras limitationes: videlicet, q̃ ñ tollat etiam exceptionẽ, q̃ ꝓuenit ex defectu iurisdictiõis. not. est sin. a Hip. de Marsi. in gu. x. incip. tu scis q̃ exceptio. Item nõ tollit exceptionẽ causatam à iure naturali: vt no. idẽ sin. lxxj. inci. cõfirmatio supe- b rioris. Nec postremò illam, quæ habet ortũ ex facto aduersarij: vt not. idem sin. xcvj. & Lanfran. de oria. in repet. c. quoniã contra falsam. in ver. exceptiones. in apost. magna Celsi. in fi. de proba.

Anto. Francis.

¶ Quas exceptiones tollat confirmatio actus, & quid illa operetur: habetur. in. c. j. & ij. de confirm. vti. vel inutil. & per Spe. in eo. tit. per totum & vide gl. multum notabilẽ in. c. frater noster. xvij. qõ. iij. quæ dicit, q̃ confirmatio habet tres effectus. Primus est: qa facit rẽ esse maioris authoritatis. Secundus est, qa validat inualidũ. Tertiꝰ est, qa reddit actũ irreuocabilẽ. de qua materia ẽt vide in. c. exꝑte & i. c. accessissent. & ibi p gl. de cõ. & habetur i. c. qa diuersitatẽ. de cõce. ꝓb. & in. c. fi. xj. di. addetñ q̃ cõfirmatio nõ tribuit ius vbi requrit dispẽsatio, si cõfirmãs nõ hꝫ ptãtẽ dispẽsandi vt nota. voluit Inn. i. c. inotuit. de ele. Et q̃ ius acqrat cõfirmato ex cõfirmatione vide Inn. in. c. exꝑte. de arbi. & q̃ habent & no. i cle. ne Romani. in. §. nos itaq̃. de iure eiu. Et an in cõfirmatione requrat causæ cognitio, habet per Inn. in. c. fi celebrat. de cle. excõ. mini. & p Cõp. in. c. qd' sicut. de ele. & per Io. An. in. c. fi. de offi. dele. Et vide q̃ habent in. c. exa. in gl. fi. de iud. & p Bar. in. l. fi qs. C. de dec. lib. x. & p Spe. i ti. de ist. edi. i. §. nũc

Gof. & Philip. tenuerũt dictas gl. quia si põt cõtra papã agi de hæresi multò fortius excipi: vt in regula qui ad agendũ. de reg. iu. li. vj. Io. An. sequitur Inn. & ad illã regulã respõdet, q̃ non habet locũ in possessorijs recuperãdæ, vel adipiscẽdæ: vt hîc no. Do. An. hîc multũ instat, & aliquãtulũ cõfusè procedit: capiẽdo tñ, qd' videtur de mente sua, & aliqua addendo, cũ q̃rit an aliqua exceptio sit admittẽda contra electũ in Papã, distingue sic. Quòd aut opponitur aliqua exceptio per quã negat istũ fuisse electũ à duabus partibus Cardinaliũ: puta, qa negãtur aliqui ex electorib⁹ fuisse Cardinales, vel quid simile: & talis excepti. idubitãter debeat admitti. Ratio quia iste tex. in excludẽda exceptione fundat se super electione à duabus ꝑtibus cardinaliũ facta. debet ergo admitti omnis exceptio, per quam detrahitur [a] huic qualitati, sup qua se fundat ius in reuocatione exceptionum vt in. l. j. §. & parui. & ibi plenè per Bar. ff. quod vi aut clã. dixi in. c. item cum quis. de ref. spoli.

¶ † Hinc est, q̃ si statutũ remouet exceptionẽ cõtra instrumẽtũ publicũ, admittit nihilominus exceptio: q̃ illud instrumẽtum nõ sit publicũ [b]: quia tunc cessat statutũ. Hinc dicit [c] gl. notabil. in cle. vnica. de seq. q̃ si per cõstitutionem remouetur oĩs exceptio contra sniam: põt nihilominus oppo. quòd sentẽtia fuerit lata à iudice non suo: quia talis non est snia: vt in. c. at si cle. de iud. Aut ꝑsupponit, q̃ electio fuerit facta à duabus partibus Cardinaliũ: & tũc est dubiũ. Puto tñ, q̃ omnis exceptio, q̃ naturaliter, idest, de iure diuino, vel naturali infert istũ nõ esse, nec posse esse papã: q̃ talis exceptio sit admittenda quia inficit ius habẽdi & possidendi. Nam talis exceptio admittitur etiã in possessorio recuperandæ: vt no. glo. viij. di. c. quo iure. dixi in. d. c. itẽ cũ qs. vñ hæc exceptio, q̃ electꝰ sit hæreticus, vel q̃ sit mulier, vel furiosus, vel infans. debet admitti, qa si est hæreticus nõ põt esse papa: quia ius papatus nõ cadit in eum. Cũ eñ sit extra ecclesiã nõ põt esse caput eccl. Idẽ in muliere vt in. c. nouaj. de pœ. & remis. Idẽ in furioso & infante: cũ isti naturaliter nõ habeãt consensum. Et ꝓ hoc facit ista litera dũ dicit, q̃ taliter electꝰ debet haberi ꝓ Romano põtifice remota oĩ exceptiõe. Necessariò eñ oportet q̃ litera verificet in eo q põt esse papa, saltẽ de iure diuino, vel natura. Et intellige q̃ ob. exceptio ante, quã adipiscat possessionẽ administratorũ. Nã posteà nõ posset excipi, sed deberet accusari rõne ꝑdicta. Et ꝑdictæ exceptiões sunt potius intentiões. Nã excludũt intẽtionẽ electi nõ actionẽ: qa nulla actio sibi cõpetit in casibus ꝑdictis: sed exceptio reddẽs eũ incapacẽ, seu inhabilẽ de iure positiuo, non debet ad

mitti. Et de hac exceptiõe põt intelligi ista litera: q̃si ꝓ ista verba voluerit tex. tollere oĩa impedimẽta iuris, positiui. Vñ nõ poterit opponi q̃ sit laicꝰ: quia & petrus erat laicus, qñ fuit cõstitutꝰ põtifex. Idẽ si opponit, q̃ sit cõiugatus: vt. s. dixi, vel quid fiẽ. ¶ Ex ex prędictis infero ad. q. no. pone, q̃ aliquis fuit electꝰ in papã per seditionẽ, vel ꝑsumptionẽ, vel quolibet ĩgeniñ nũquid iste sit papa, vel põt recipi pro pa. vide tex. sin. in. d. c. in noĩe dñi. xxiij. di. q̃ dicit q̃ nõ est: sed ẽ excõicatꝰ cũ oĩbꝰ fautoribus suis & sic ille tex. non est hodie sublatꝰ ꝓ istũ. qd'. voluit exꝑsè hîc Host. Dicit eñ, q̃ nõ solùm obtinẽs papatũ cõtra prouisionẽ huiꝰ. c. incurrit pœnas de quibꝰ hic: sed ẽt obtinẽs papatum ꝓ seditionẽ. &c. incurrit pœnas hîc positas: nec debet recipi ꝓ papa. Exposuit Host. ista verba q̃ seditio ponit ꝓ violẽtia, vel oppressiõe: ꝑsumptio ꝓ ambitioso tractatu ꝓmouẽdi ingeniũ ꝓ fraude, calliditate & dolo. Et ad hoc allego. lxxix. di. c. si quis pecunia cũ multis. c. eiusdẽ di. & dicit q̃ illa. c. essent legẽda inter Cardinales in electione papę. ¶ Aduerte vltra doc. hîc. nã prędicta possunt habere duplicẽ intellectũ. primꝰ est, q̃ electꝰ ꝑ seditionẽ nõ sit papa: qñ nõ fuit electus ab habẽtibus potestatẽ & iste intellectꝰ est clarus. & sentit gl. in. d. c. si qs pecunia. vbi q̃rit in principio, vtrũ electꝰ in papã simoniacè posit accusari de simonia. & cõcludit q̃ non. & tñ ista electio fuit facta ꝓ præsumptionem seu ꝓ ingeniũ: nihilominꝰ gl. illa sentit q̃ sit papa. Et ꝓ hoc facit iste tex. qui remouet oẽs exceptiones & dispõit, vt habeaꝫ ꝓ Romano põtifice ab vniuersali eccl. ex quo fuit electꝰ à duabus partibus Cardinaliũ. Et iste intellectus mihi placet ad illa iura. vnde dicerem, quòd contra electum à duabus partibus Cardinalium non potest opponi, quòd fuit electus per ingenium, præsumptionem, vel seditionem: nisi sit talis exceptio, quæ ipso facto annullet illam electionem. Vnde dubitatur, vtrum electio facta per impressionem, seu violentiam sit ipso iure nulla. & fuit maxima contentio tempore schismatis proximè præteriti in electione Vrbani. Nam Cardinales dicebant, quòd elegerant papam per impressionem Romanorum & recedẽtes ab electiõe elegerunt alium papam in ciuitate Fundensi. & multi valentissimi viri consuluerũt quòd data impressione, illa electio nõ valeret: multi contrà. Et vide ad prædicta singulare dictum Innocen. in. c. quod ficut j. eod. vbi tenet, quòd electio facta per impressionẽ, tenet glo. licet sit cassanda. & multi tenuerunt istã: partẽ. plericꝫ tenet oppositũ. & procedit qõ, non solùm in electione Papæ, sed etiam in

12 qualibet electione. † Puto in hoc articulo sic

aliqua. de ꝑbẽ. Et adde, quòd cõfirmatio semper intelligitur facta cum illa clausula: sine ꝓiudicio tertij secũdũ Bal. in. l. j. in prin. ff. de cõsti. prin. & vide plenè p And. Sicu. in quodã cõsi. suo qd' incip. scripsit. in pe. col. qd' cõsi. est positũ inter cõsilia Alexã. post consi. ciij. in. iiij. pte cõsiliorũ. & tenementi, q̃ confirmatio facta in forma cõi, nõ tribuit ius: vt per Specu. in tit. de delato. in. §. nũc ostendẽdũ. in ver. sic. ix. sed bñ tribuit cãm præscribendi: vt per Inn. in. c. j. de deci. & habetur ꝑ Paul. de ca. in consil. clxñ. & p Oldr. in cõsi. cxliij. & in consi. ccxxxvj. secꝰ aũt si est facta ex certa scientia: vt per Spec. in tit. de instru. edi. in. §. nũc autẽ videndum. in versi. itẽ opponit. & seq. & ꝑ Andr. Sicu. in præalleg. cons. Et quid operetur cõfirmatio priuilegiorũ, & vide Bar. in. l. priuilegia. C. de sacro. san. eccle. & in. l. j. col. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & Bal. in. c. in præsentia. in. v. colũ. de ꝓba. & in l. j. C. de Monop. & in. l. nec damnosa. C. de preci. Impe. offe. & p Ro. in consi. ccvij. inc. præsens casus. & per Ale. de Imol. in consi. lvij. incipi. viso instrumẽto & tit. quæstio.

¶ Adde tamen, q̃ si in confirmatione facta per Papam vel principẽ quando priuilegiũ esset subreptitium: talis confirmatio nihil operaretur, etiã si esset appositа clausula de plenitudine potestatis. & q̃ si actus est inualidꝰ & priuilegium est inualidũ, etiã de nouo cõcedi: & q̃ tollat oẽs defectꝰ tàm iuris q̃ facti: talis confirmatio nõ tolleret subreptionem: & nihil operaretur vt est singularis & aure. de cisio & multũ notabilis. d. Abb. in. c. iter dilectos. in. vj. colũ. de fi instru.

c ~ SEB. SAPIA. ¶ Hinc dicit. Facit quod not. Bald. in. l. ij. C. de excep. rei iudi. circa fi. quòd stante statuto, q̃ contra executionem instrumẽti guarentigiati, non opp. possint ni si quæ exceptiones: poterũt tamen opponi illæ exceptiones, quæ veniunt ad eneruandam liqdationẽ debiti. Nam illud statutum non habet locum, nisi pro liquidis, vt tenet idẽ Bald. in. l. per diuersas. C. manda. Pau. de castro. & Ale. in. l. postulante. in fine principij. ff. ad Trebel. & ideò tales exceptiones, per quas cessat statutum, semper possunt opponi.

a ¶ Qualitate. Facit quod voluit Bald. in.l. denuntiaſſe.§.quid tamẽ ff.de adul.& in cõſi.x.inci.accuſatio iſtituta fuit. Gul. de cu.& Bar.in.l. quid ergo.§. pœna grauior. ff. de infa.Petr.de Ancha.in.c.ſignifica ſti.el.ij.de homi. & in.c.qa ꝓpter de elec.per iſtũ in c.licet cãm.de ꝓba.Cy.& bal.in.l. ij.C.de prob.& dixi plenè in repertorio meo ad iſtũ & in notabilibus in ver.qualitas.& per iſtũin.c.j.qd' met.cau.& in.c.j. de regu.

¶ Adde Ro.con. lxxvj.vbi accusãs vxorẽ de adulterio,debet probare matrimoniũ.

b ¶ Matrimonio carnali.vide gloſ. in cap.notificaſti. xxxiij.q.v.

c ¶ Nõ valet. Adde tu Cald.conſi. primo.Pe.de Ancha.conſi.ccc.

d ¶ Vocum.Adde Abb.conſi. xxv. ¶ Adde gl.ſingu. in.c.per noſtras. j.de iurepatrona. quæ indiſtinctè dicit,ꝙ pſona electa nõ videtur cõputanda in numero eligentium ad hoc,vt augeat numerũ propter ambitionem,quæ videtur contraria dictis hîc:niſi dicas ꝙ illa gloſſ.intelligitur ſecũdũ iſtã diſtinctionẽ.Cogita tũ. Aenæas de falco. Anto.Franciſ. ¶ Circa hoc,an pſona electa cõnumeret in numero eligentiũ:dicas,ꝙ aut fit electio per viã ſtatuti:& non cõnumerat. Aut fit per viam compromiſsi:& cõnumeratur inter eligentes de quo vide per glo .& do. in ca .per noſtras. de iurepatronat. & per gl.viij.q.j. in.c.qui epiſcopatum.& in.c.eccle. veſtra. vbi etiam per gloſſ. de ſortileg. Fallit tamẽ in electione Papæ.

diſtinguendũ:ꝙ aut electores compelluntur per impreſsionẽ eligere certũ:& tunc ipſo iure nõ valet electio: quia eſt contra proprium ſignificatũ & ſubſtãtiale vocabuli.Nam eligere,eſt vnũ ex pluribus voluntariè capere. vnde non eſt electio,vbi non eſt voluntas libera. xxiij.q.v.ad finẽ & eſt text.valde not.in.c. vbi periculũ.in.§.cæterũ j.e.li.vj. Vbi dicit, quòd ceſſat electio,vbi amittitur libertas eligendi. Et pondera verbũ,libertas.requiritur ergo in electione conſenſus liber.ſi ergo adeſt conſenſus ſine qualitate[a] libertatis, nõ eſt illa electio. Sic in ſimili dicimus in matrimonio carnali:[b] vt in.c.cũ locum.& quod ibi noj.de ſponſa.vide glo.in.c.quiſquis.&.c.bonæ j.e.quę ſentiũt quæ prædixi.Idem etiã ſentit Bart. in trac.de tyrãno. vbi dicit, ꝙ ſi ciuitas habẽs electionẽ Rectoris & per tyrannum cõpulſa eligeret Rectorẽ,nõ valet electio. Vñ ſnię latæ ab illo Rectore,eſſent nullę.pro quo bñ facit.l.ij.ff.de iudi.vbi requiritur liber cõſenſus in trãsferẽda, ſeu prorogãda iuriſditione.Ex quo etiã infertur,ꝙ ſi tyrannus iuit ad ciuitatẽ liberã cũ exercitu magno:& propter timorẽ exercitus, ciuitas eligit tyrannũ in dominũ,trãsferendo in illum oẽm iuriſditionẽ nõ valet[c]:quod tali timore agitur:vt per conſequẽs non valebũt geſta à tali tyrãno.quod bene notabis. & firmat Bar.in.d.tract.de tyrãno. facit quod not.in.l. decernimus.C.de ſacroſan.eccle. ¶ Aut cõpelluntur electores eligere aliquẽ de certo genere perſonarũ.& puto, ꝙ talis electio valeat:qa non amittitur oĩno libertas eligendi , ſed reſtringitur.Sicut in ſimili videmus in cõſuetudine,q̃ põt reſtringere ius eligẽdi: puta ad certum genus parſonarũ:ſed non poteſt tollere libertatẽ remanẽte peteſtate eligendi:vt probatur in.c.cũ terraj.e.& ibi per Io.And.iũcto.c. cũ dilectus.de cõſue.&.c.Abbate.de ver.ſigni. & ſic pñt dictæ opi.& iura contraria reduci ad
13 cõcordiam iudicio meo. ¶ † In gl. in *à duabus partibus*.ibi:*dic quòd non*.Vult ergo gl.ꝙ electus nõ cõputatur in numero duarũ partiũ . & iſte intellectus verſatur etiã in electionibus aliorũ nũquid vox electi debeat cõputari in numero
d vocũ [d] eligentiũ.Et intellige iſtã quæſtionem duobus cõcurrentibus,videlicet quòd iſte electus ſit de collegio:ita quòd habeat vocem in illa electione. Item quòd conſentiat electioni de ſe factæ & alium non eligat. Nã ſi ipſe eligeret aliũ velnõ haberet vocẽ in collegio,eſſet indubitatũ,quòd vox ſua nõ cõputaret in numero.Sed eo caſu,quo conſenſit electiõi de ſe factæ,& habet vocem:conclude poſt doc. aut fit electio per ſcrutinium priuatum,& vox ſua non computabitur in numero: quia cum ipſe ignoraret:an fuerit electus ab alijs , nõ poterat dicere: eligo meipſum:quia tunc tanquàm ambitioſus eſſet repellendus.Sed ſi electio fuit facta per ſcrutinium publicum:ita quòd quilibet palam exprimebat votum ſuum ,tunc vox electi computatur in numero.quod intellige, quando prius fuit electus ab alijs. & ipſe conſenſit illi electioni.Nam tunc non poteſt dici ambitioſus:cùm non oriatur à ſe,ſed ſit vocatus à fratribus.Et vide quod dicam in capitulo,cum in iurej.eod em.puto tamẽ, ꝙ in papa ſit iſtud ſpeciale :ꝙ ipſe in ſcrutinio publico, vel priuato cõſenſiſſet in aliũ,ꝙ poſteà videns ſe electũ ab alijs,põt recedere ab electiõe. quã facit & accedere ad electionẽ de ſe factã: quia admittit variatio : vt.ſ. dixi in electiõe Papæ per acceſſum:vt in fi.gl.nõ tñ intelligas iſtã gl.ꝙ Cardinales ſimpliciter poſsint recedere ab eo,quod ſtatuitur hîc à duab9 partibus.Nã eſſet contra cle.ne Romanij.eo.Sed intellige,quòd poſſunt recedere formaliter,nõ aũt materialiter,vnde poſſunt Cardinales conuenire ſecundũ doc.vt electus à maiori parte ſit papa qa per iſtã cõuentionẽ ſpecialẽ videntur omnes conſentire in electũ à maiori parte,& poſſunt Cardinales ita cõuenire:quia eis,vt.ſ.dixi,non eſt tradita certa forma eligendi.vnde ſatis eſt,quôd in effectu conueniant duæ partes Cardinalium.Secus eſt in electiõe,vbi pro forma debet interuenire certus numerus:de quo vide tex.iuncta gl.in.c.ſi cui j.eo.lib.vj. ¶ In gl.in ver.*nullatenus*.in fi.dic quòd hodie eſt de iure nouo,vnde iſta glo.præſagiuit ius nouũ:vt habet
14 in.c.vbi periculũ j.eo.lib.vj.iuncta cle.ne Romani.eo.ti. ¶ † In gl. in ver.*ſpeciale*.ibi:*ſed quòd debeant eſſe præſentes*.Hæc ſolutio bona. vnde conclude tã de iure ciuili,quã cano.ꝙ ad hoc vt valeat quod agit in aliqua vniuerſitate ,oportet quòd duæ partes vocandorũ ſint præſentes:vt in iurib9 alle.in gl. quicquid fit à maiori pte duarum partium,tenet:vt in.l.quod maior.ff.ad mun.& in.c.j.de his quæ fi.à ma.parte ca.quæ iura debent ſic intelligi.& hoc communiter tenetur à legiſtis vt no.per glo.in.l.planè.hîc alle.& per Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. ¶ Sed de iure canonico dubitat vtrum requirãtur neceſſariò duæ partes:ſi multi vocati noluerũt venire.de quo vide in.c.cum nobis.& in.c. in cauſis j.eodẽ.Iem de iure canonico certũ eſt , ꝙ ſi condemnatur vnus qui debebat vocari,poteſt facere caſſari quicquid fuerit actum per totam vniuerſitatẽ.vt in.c.bonæ.ij.& in.c.quod ſicut j.e.Et quo ad Cardinales dicunt hîc doc.& benè,quòd ſufficiunt duæ partes præſentiũ: dũ modo alij fuerint expectati:vt habetur in.c.vbi periculum.ſ.alle. vnde non eſt neceſſe,ꝙ conſentiant duæ partes omnium Cardinalium ,ſed præſentium in conclaui.arg.x.q.ij.c.ea eñ. ¶ † Extra gl.
15 quæritur,quid ſi omnes Cardinales caſu ſunt mortui:ad quẽ tunc ſpectabit electio Papæ.Hoſt.refert.duas opi. Quidã dicũt quòd ad clerum Romanũ:arg. d.c.in nomine domini. Alij dicũt, quôd ad conciliũ generale,ſicut pertinebat de iure antiquo.lxxix.di.qua ſi per totũ.Ipſe Hoſt.dicit,ꝙ prima opi.eſt tutior,ſecunda iuſtior. Nam difficile eſt cõgregare cõciliũ.ſi aũt omnes ſunt mortui præter duos,illi poterunt eligere & vnus poterit eligere aliũ dũmodò alius conſentiat electioni ſuæ.Si verò vnus ſolus remanſit, ille habebit electionẽ iuxta no.in.c.gratũ.ſ.tit.proxi.non tamen poterit eligere ſeipſum:vt in.c.ꝑ noſtras.de iurepa.Putarẽ tñ ꝙ iſte nomine totius collegij poterit dare hanc poteſtatẽ alteri, & ille tãquã cõpromiſſarius poterit eligere iſtũ,modo ceſſet fraus & ambitio.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet habere completum triceſimum annum: & debet eſſe natus ex legitimo matrimonio, tamen ex legitima cauſa poteſt circa hoc diſpenſari.2.*
3 *Legitimatus per ſequens matrimonium poteſt eſſe Epiſcopus.*
4 *Scientia,quæ requiritur in prælatis,qualis eſſe debet.*
5 *Argumentum de maiori ad minus ,validum eſt in iure.*
6 *Annus,an requiratur completus:an incœptus in aliqua diſpoſitione.*
Ætas,quæ requiritur in dignitatib9,quãta eſſe debeat, vide in diſcurſu.
Abbatiſſa non poteſt eſſe aliqua,quæ fuerit vidua:vel illegitimè nata.

CAP. VII.

1 CVm in cunctis. ¶ † Electio ad Epiſcopatum fieri debet de digno ſcientia moribus & ætate:& qui habet.xxx. annum cõpletum, & ſit de legitimo matrimonio natus.h.d.vſq; ad.§.cũ verò. Diuidit iſtud principiũ in tres partes.Nã primò ponitur vna ratio ſtatuendi.Secũdò alia ibi: *eapropter* . Tertiò ſtatutũ ibi:*præſenti*. ¶ Caſus literalis.Quia quãdoq; eligebantur aliqui in eꝑos,qui nõ erãt idonei moribus,ſcientia,vel ętate:ſtatuit cõciliũ Lateranẽ.quales debeãt eſſe,qui eꝑos eligi debeãt: oſtẽdẽs hoc per locũ à minori:dicẽs, ꝙ in cũctis ſacris miniſterijs tria ꝑcipuè ſunt requirẽda:ſcilicet ætatis maturitas:grauitas morum : & literarum ſcientia.

annexum,& ad illa promotus tenetur facere ſe promoueri ad ordinem requiſitum.& quia ex quo recipit alterum connexorum, videtur ad reliquũ ſe obligaſſe.quædã ſunt beneficia,q̃ non habent certum ordinem annexũ:vt canonicatus:& in illis non tenetur quis facere ſe ꝓmoueri ad maiores ordines:niſi prout neceſsitas,vel vtilitas eccleſiæ requirit.ſic intellige.c. quæris.alleg.in gl. ¶ Sed contra hoc,& contra tex.op.ſi beneficium habet certũ ordinẽ annexum:ergo oportet,ꝙ tempore promotionis habeat illũ ordinem. Ad hoc quod legitur & no.in cle.vt hi:qui.de æta.& quali.facit.c.j. xl. diſt.Sol.dic,ꝙ quædã eſt annexio reſpectu aptitudinis: quædã verò annexio reſpectu actus. Primo caſu requiritur,ꝙ quis habeat ætatem tẽpore promotionis,in qua quis poſsit ꝓmoueri ad ordinẽ reqſitũ.nec eſt neceſſe ꝙ tũc habeat illum ordinẽ:ſed ſatis eſt:ꝙ ſit habilis ad illũ accipiẽdũ:& tenetur illum recipere,quã citius põt tẽporibus tamen cõpetentibus. Et in hac annexione intellige iſtũ tex.&.c.ſi pro clericis pauperibus.& in.c.eum cui.de præben.li. vj.Nã iſtis iuribus patet, ꝙ eccleſia curata vel dignitas habet annexũ presbyteratũ:& tn̄ non requiritur,ꝙ quis ſit in ſacerdotio tempore ꝓmotionis:ſed ſatis eſt,vt poſteà promoueat vt hîc,& in iuribus præalle.Et ideò,quia illa annexio eſt reſpectu aptitudinis: quia debet eſſe aptus ad illum ordinem.Sed ſecundo caſu, qn̄ eſt annexio reſpectu actus,requiritur neceſſariò quòd tempore promotionis habeat ordinem annexum beneficiorum. Exemplum dicit ſtatutum,ꝙ talis præbenda non conferatur niſi actualiter conſtituto in ſacerdotio:& tũc oportet ꝙ tẽpore collationis ſit ſacerdos:aliãs non valet collatio.hoc fuit ſubtiliter de mente gloſſę.in.d.clemen.vt hi,qui.quam tene menti † Videmus ſimile in eligendo Epiſcopum. nã requiritur tẽpore electiõis,vt ſit ſubdiaconus vt in.c.à multis.de æta.& quali.vnde habet ordinem ſubdiaconatus annexum actu.Maiores verò ordineshabet annexos aptitudine.Et hãc cõcluſionem videntur etiam velle domini de Rota.deci.iij. Vbi ponunt notabilẽ & cotidianam quæſtionem,nũquid expectans, Apoſtolicus non exiſtens in ſacerdotio,poſsit accepta re beneficium, cui eſt annexum ſacerdotium, actualiter modo prædicto. ¶ Et tandẽ videntur concludere,poſt Ioannem mona.& alios, quòd aut beneficium habet actu ſacerdotium annexum ex prima fundatione beneficij: & tunc non poteſt expectans illũ beneficium acceptare,ex quo non eſt in ſacerdotio: ſaltem quando illud beneficium fuit fundatum per laicum.Quia non eſt verosimile, quòd per clauſulas generales[a] appoſitas in literis Papę voluerit derogare ordinationi beneficij: ne laici retraherentur ab ædificatione eccleſiarum.facit illud quod notat.gloſſa in clement. ſecunda.de præbendis ſed ſi beneficium habet ſacerdotium annexum,non ex fundatione ,ſed ex ſtatuto poſteà facto per Epiſcopum & capitulum: tunc poteſt beneficium acceptari ꝓ expectantẽ,propter clauſulas,quæ ſolent apponi in litera,in eo,ꝙ Pa.ſolet mandare nõ obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis.&c. ✠ Et hoc intellige:vt dixi [A] in annexiõe reſpectu actus.Nam in annexione reſpectu aptitudinis, indiſtinctè poteſt expectans tale beneficiũ acceptare.per.d.c.ſi pro clericis pauperibus.& hoc bene notabis.Qualiter autẽ congnoſcitur, an ſit annexio reſpectu actus,vel aptitudinis,recurrendũ eſt, vt dixi,ad verba. ¶ † In gl.in verſi.*ſi canones*.in fi.No.gl.quia ponit veritatẽ.Sed quæro,nunquid promouendus ad dignitates inferiores,vel ad eccleſiam curatam,debeat eſſe ſaltem in ſacris tempore promotionis? Inno.hîc,& Compo.ꝙ non:quia tex.iſte eſt ſolùm facit mentionem de ętate moribus & ſcientia:nec requirit certũ ordinem tempore promotionis:ſed ſolùm mandat,vt poſtquam promoti fuerint,aſſumãt ordines requiſitos. ¶ Hoſt.tenuit contrarium dicens,ꝙ ſine diſpenſatione nunquã poteſt quis promoueri ad talia beneficia:niſi ſit ſaltẽ in ſacris.per.c.prætereà.de ætate & qualita. ¶ Io.An.in.c.vnico.de ætate & quali.li.vj. in nouella. diſtinxit inter dignitates & perſonatus,habentes ſacros ordines annexos,& inter alios non habentes ſacrum ordinem annexum: vt in primis procedat opi.Hoſti.in ſecundis procedat opin. contraria. Aliam tamen limitationem reſpectu eccleſiæ curatæ dedit in.c. ſi pro clericis pauperibus.prędalle.in glo. ſua.Primũ dictũ.ſ.Inn.cõiter obſeruatur.& hanc.q.pleniſsimè tangã in.c.dudũ.el.j.j.eo.dic, vt ibi. ¶ No.tamen dictum Io.And. ꝙ nõ omnis dignitas, ſeu pſonatus habet ſacrum ordinem annexum.Vnde gloſſ.ſing.lx. diſt. capi.j.quæ dicit,quòd quem ordinem debeat habere cantor .primicerius,& ſimiles:ſtãdum eſt conſuetudini.Et potes capere hãc doctrinam clariorem:ꝙ vbicunq; habens dignitatem,officiũ, vel perſonatum,no habet curam animarũ,nec in iure cauetur, quòd debeat habere certum ordinem:tunc ſerua illam gloſſ. vt recurratur ad conſuetudinem. Nec obſtat iſte text. quia reſtrinxit ſe ad dignitates habentes curam:& ideò dicit,quòd debet ſe facere promoueri in ſacerdotem.

a ¶ Clauſulas generales.Adde Petrũ de Ancha. conſil. xix.vel cccxv.

b ¶ Ad conſuetudinẽ.Adde Old.cõſil. ccxxij.

ZACHARIAS.

c ¶ Propria electione fienda. Adde ad quẽ deuoluat poteſtas eligendi vbi elegerunt ſciẽter iudignum: & dic,ꝙ ad Pa.licet alius ſibi ſit imediat⁹ ſuperior: vt per Bar.& Hoſt. in.c.bonæ.lo.j.j. eo.& per Cõpoſ. in.c.cũ Vintonẽ. eo.tit.qd' probat per ea,quæ poſui j.proxim.apo.in ver.ad metropolitanum.Et idẽ in regularibus beneficijs:vt not.Bart. Cõpoſt.in.c.ne ꝓ defectu.& Hoſti. in.c. cũ in cũctis. iſto tit.per tex.in c.cũcq̃.hic alle.eo. tit.lib.j.licet Vin. in.c.innotuit. j.e. tenerit cõtrariũ & prædict, adde text.in prag.ſan. eo.tit.§.quod ſi p̃ dicta.& ibi glo.in ver.priuati.Arch. do.& Car. Alex. in.c.ſacrorum.§.j. lxiij.diſt.

A In dubio tamẽ habet ordinẽ annexũ aptitudine,& nõ actu: vt p iſtũ in.c.r. de ætat. Domi.in.c.ſi pro clericis.de prębẽd.in.6. Et Imol. in cle. vt hi, qui.de ætat.

SVMMARIVM.

1 *Eligentus ſcienter indignum priuãtur pro vna vice poteſtate eligendi: & ſuſpenduntur per trienniũ à beneficijs, quæ habent in illa eccleſia:vbi faciunt malam electionem.*

2 *Delinquens aliquando pro eodem delicto patitur duplicem pœnam.*

3 *Pœna vbicunque ponitur a iure,ratione alicuius delicti: debet illud delictũ eſſe conſummatum ad hoc, vt pœna committatur.*

4 *Epiſcopus conferens beneficium indigno,priuatur poteſtate conferẽdi pro prima vice,ſi ſcienter fecerit.*

Eligentes indignum,quòd priuẽtur,an habeat locũ in omnibus electoribus.

5 *Collatio beneficiorum ad quem ſpectat,ſi per aliquos ſit amiſſa, vel per negligentiam,vel delictum.*

6 *Collatio beneficij facta indigno,eſt ipſo iure nulla.*

Tempus quando eſt datum in medio alterius temporis, quando debet inci pere currere,an tunc quando conceditur,vel finito illo primo tempore?

Clerici ſanè. ¶ Eligentes indignum cõtra formã huius cap.priuati ſunt pro prima vice poteſtate eligendi.& idem in collatore:& defectũ capituli ſupplet Epiſcopus & econuerſo.& ſi capitulum negligit,fit deuolutio ad Metropolitanum.h.d.vſque ad finem. ¶ † No.primò hîc duas pœnas contentas contra eligentes indignum.Prima, quòd priuati ſunt poteſtate eligendi. Intellige pro prima vice.i. ꝓ prima electione fienda.[b] Vnde hanc poteſtatem recuperant in ſecunda electione:vt in.c.cum Vintonenſis.j.eodẽ.Secunda pœna,ꝙ ſunt ſuſpenſi per triennium à beneficijs eccleſiaſticis.Intellige hãc pœnam reſpectu beneficiorũ:quæ quiſq; habet in illa eccleſia, ad quam fuit facta electio:ad alia verò beneficia non extẽditur,vt eſt hodie text. in.c.ſi compromiſſarius.infrà eodem.libro ſexto. Et per hæc duo iura dixit Ioan.Andræ. notabile verbum in regula odia.in merc.lib.vj.ꝙ verba diſpoſitiõis nõ debent ita largè ſumi, ſicut poſſent ſecundum latam ſignificationẽ verborum.Sed debẽt reſtringi,ex quo ſubeſt aliqua ratio,ſeu æquitas reſtringendi. Nã vt hîc vides,tex.iſte ſuſpendebat iſtos eligentes indignum ſimpliciter à beneficijs. ¶ Et tamen reſtringuntur iſta verba ad beneficia:

ficia:quæ habẽt in illa eccesia.& hoc ideò:quia eligentes sic eligendo lædunt illam, eccleſiam ad quã fit electio:ergo pœna non debet vagari reſpectu aliorũ beneficiorũ,quæ ſunt alibi,& & hoc not.bene. ¶ † Et ex hoc & ex tex.not.ꝙ
2 a quandoq; pro eodẽ delicto [a] quis punit dupli
b ci pœna, [b] & vtraq; imponit.de quo in.c.at ſi clerici.in fi.de iudi. ¶ Not.ij.ibi: *elegerint*. ꝙ hãc pœnã nõ incurrũt electores,niſi elegerint indignum.Intellige ſcienter. vt.in.c.innotuit. j.eo.Ex quo infertur,ꝙ ſi aliquis nominauit in ſcrutinio indignũ,ſed receſsit ab illa nominatiõe antè,quã peruenireꝫ ad electionẽ,vel ſcrutiniũ fuit laceratũ:nõ habẽt locũ iſtæ pœnę:vt
3 eſt hodiè tex.in.c.perpetuò j.eo.lib.vj. ¶ † Et per iſtũ tex.& illũ poſuit Ioã.An. vnũ dictum ſemper mẽti tenẽdũ in regula odia.in mercu. ſuper verbo pœna:dicẽs,ꝙ vbi pœna apponit à iure ipſo facto propter aliquod delictũ commiſſum:nunquã eſt locus illi pœnæ : niſi illud
c delictũ ſit cõſummatum [c] quantũcunq; fuerit
d inchoatũ [d].Sed poſſet extraordinariè puniri: quia delictum inchoauit:pœna tñ à iure impoſita nõ habet locũ.hoc dictũ probat hîc iũcto illo.c.perpetuò.Et credo,ꝙ Ioã.And.hoc ponat in regula,in pœnis.in mercu. Pro quo facit aliud ſingulare dictũ Barto.in.l.j.ff.de fica. vbi dicit,ꝙ ſtatutũ puniẽs delictum certa pœna,nõ habet locum in eo,qui inchoauit,ſeu incipit illud delictũ:ſi illud nõ perfecit:quia ſtatutũ,& maximè pœnale eſt ſtrictiſsimè interpretandum:vt in regula odia.lib.vj.Et de hoc
4 vlti. vide plenè,quod no.Bar.in.l.ſi quis nõ dicam rapere.C.de epiſ.& cleri. ¶ † Not.iij.ibi: *Epiſcopus*. ꝙ Eps conferens beneficiũ indigno, priuat poteſtate illud conferendi:Intellige prima vice:vt.ſ.dixi in electoribus: vt qñ ſciẽter contulit indigno:ſecus,ſi ignorãter:vt j.eo.innotuit. ¶ Et not.ex hoc,& ex tex.ꝙ ſicut capitulũ ſupplet negligentiã Epiſcopi in collatiõe beneficiorũ:vt in.c.ij.de ſup.negli.præla.& in c.ij.de cõceſ.præben.ita ſupplet, ſi Epiſcopus priuatur propter delictũ ſuũ:quia contulit beneficiũ indigno:vt hîc. ¶ An aũt pœna eligentium haheat locum in omnibus electionibus: dic,ꝙ non.Primò,ꝙ non habet locũ in Cardinalibus eligentibus Papam:quia hoc nõ eſt iure cautũ.Et hoc not.gl.in.c.ſi duo.lxxix.di. Itẽ non habet locum in Prælaturis citra Epiſcopatũ:ſed reſtringitur ad Epiſcopatus & ſuperiores dignitates:vt in.c.ſi cõpromiſſarius. præal
5 leg. ¶ † In gl.ſi.ibi: *ſed illud eſt ordinarium*. Pondera gl.& dic ꝙ regulariter maior ſupplet negligentiam inferioris:iuxta not.in.c.cũ ſimus. ix.q.iij.&.c.ex parte.de cõceſ.prębẽ.Et hoc voluit ibi dicere gl.dum dicit:ꝙ eſt ordinarium. Minor aũt non ſupplet negligentiã ſuperioris niſi in caſibus in iure expreſsis:vt no.Inn.in .c. quia diuerſitatẽ.de conceſ.præbẽ.Vnde ſi non diceret hoc de capitulo,non poſſet capitulum ſupplere defectum Epiſcopi. ¶ Et generaliter cum quæritur ad quem fiat deuolutio [e] in collationibus beneficiorum,ſeu electionibus:diſtinguendum eſt. Quòd aut quæritur in eccleſijs cathedralibus,aut inferioribus.primo caſu
f ſerua decretalem, quanquã j.eo.lib.vj.vbi dicitur,ꝙ in caſu negligentiæ deuoluitur poteſtas ad Metropolitanũ, [f] ſcilicet quo ad prouidendũ eccleſiæ ad Epiſcopo:alijs verò caſibus poteſtas deuoluitur ad Papã. In eccleſijs verò ſeu beneficijs inferioribus ſubdiſtinguendum eſt: quia aut loquimur de deuolutione fiẽda de capitulo ad Epiſcopũ,aut ecõtrà. ¶ Primo caſu, aut capitulũ negligit:& tũc deuoluit poteſtas ad Epiſcopum:vt in.c.ij.de conceſ.prębẽ.Aut peccauerũt eligendo indignũ:& ſi omnes peccauerũt,deuoluitur poteſtas ad ipſum Epiſcopum:vt in.d.c.ij.& in.c.quanquã.præalleg.in fi.Aut aliqui nõ peccauerunt:& tunc poteſtas deuoluitur ad non peccantes:non aũt ad ſuperiorem:vt in.c.gratum.ſ.ti.proxi.Si autẽ Epiſcopus interfuit capitulo in collatione:vel electione tanquã prælatus,vel canonicus: ſerua, quod habetur in.c.poſtulaſtis.de cõceſ. prębẽ. ¶ Secũdo caſu,dic ꝙ aut Epiſcopus perdit. poteſtatẽ in beneficijs ſpectantibus ad eum iure proprio:& fit deuolutio ad ſuũ capitulũ, ſiue perdat propter negligẽtiam ,ſiue per propter delictũ:vt probatur hîc iuncto.c.ij.de conceſ. præben. ¶ In beneficijs aũt deuolutis ad Epm, ex negligentia inferioris:puta,quia Abbas ſubiectus Epiſcopo neglexit cõferre beneficia ad eum ſpectantia:quo caſu fit deuolutio ad Epiſcopũ.Et tunc eſt dubium, nunquid capitulũ ſuppleat hoc caſu defectũ Epiſcopi:& finaliter cõcludit hîc Inn.ꝙ nõ.ſed hoc modo poteſtas deuoluit ad proximũ ſuperiorẽ : puta Archiepiſcopũ.arg.c.ne pro defectu.in fi j.eo.Et idẽ tenuit Io.And.in.c.quãquã.præalle.& ſatis mihi placet hæc opi.Et ratio diuerſitatis inter beneficia ſpectãtia ad Epiſcopũ iure proprio, & iure deuoluto: eſt,ꝙ non eſt tanta communio inter Epiſcopũ & capitulũ in beneficijs deuolutis,ſicut in beneficijs ſpectantibus iure proprio.Nã in deuolutis Epiſcopus vtitur poteſtate tanquã ſuperior illius,à quo facta eſt deuolutio:idcò capitulũ nõ habet in illis cõmunionem.meritò ad aliũ ſuperiorem debet fieri deuolutio.arg.in.c.licet.&.c.fi.de ſup.negli.Præla.Sed in beneficijs proprijs eſt cõmunio inter eos,cùm faciat Epiſcopus vnũ corpus cũ ſuo capitulo.Et omnia dicatur Epiſcopus poſſidere nomine Epiſcopi:& ſic etiã nomine capituli:iuxta not.ꝑ Inn.in.c.dilecti.de maio.& obe. facit.c.cum clerici j.de verb.ſig.Et vide aliã differentiã inter beneficia,quã ponit Ioã.And.in d.c.quãquã. Aut Epiſcopus nõ habet ius conferendi,ſed ius confirmãdi:vt puta,quia ad aliquos citra Epm ſpectat electio , & ad Epiſcopum cõfirmatio,qui confirmat ſcienter indignum.Et hoc caſu etiã dubitatur ,an poteſtas cõfirmandi deuoluatur ad capitulũ:anad proximum ſuperiorẽ.Inn.ponit hîc duas opi. Prima opi.ꝙ deuoluat ad capitulum.arg. hîc per
e illa verba,aut cõſenſerit fieri.&c. Alia opi.quę magis placet,eſt vt deuoluatur poteſtasad proximum ſuperiorem,quaſi confirmationem fecerit tanquam ſuperior.Et ad tex.iſtum in verſicu.conſenſerit.reſpondet Inno.ꝙ poteſt intelligi,quando Epiſcopus interfuit capitulo, tanquã canonicus.Mihi placet prima opi.quã apertè ſentit hîc gl.pen.Nam tex. non põt alio modo intelligi,in ver.cõſenſerit.niſi intelligat quãdo Epiſcopus cõſenſerit confirmando,ſcilicet indignũ:vel admittẽdo præſentationẽ de indigno.Nã quando Eps interfuit,vt canonicus:nõ fit deuolutio ad capitulum: ſed potius ad eum tanquã Epiſcopũ:quia nõ peccauit,vt

SEB.SAPIA.
a ¶ Eodem delicto. vide latè Bal.Ful. & Paul.de Ca.in l.j.C.de ſum.trin. & fide ca.& Sali. in.l.qui de crimine.C.de accuſ.Et nunquid punitus in foro canonico per iudicem eccleſiaſticũ,poſsit puniri per iudicẽ ſeculare :tradit do. Anto.in.c.tuę.de procu.Io.de Ana. in.c.de his .de accuſa.Abb.& Ioã. de Imol.in.c.j.de off.or .& Abb.in c.de cauſis . colũ. pe. de offi.deleg.
b ¶ Duplici pœna. vide Io.An .in.c. Felicis.ſ.cæterũ. de pœ.li.vj. doc. in.c.tuæ.de proc. & in.l. ſenatus cẽ ſuit.ff.de accu.
c ¶ Conſummatũ. Iſtud dictũ refert iſte in.c.j. de eo, qui mit.in poſ.cã rei ſer.in .v.colũ. ver.ex prędictis. & eſt tex.& Bal. in.l.ſi quis nõ dicam rapere .in.ij. col.in verſi .iuxta hoc quæro. C. de Epiſ.& cler .in.l. data opera, in co. xiij.in ver. Itẽ in pœnis ſtatutorũ. C.qui accuſa.non poſ.& in aut .habita.in vlti.col.C. ne fil.propat.vbi dicit, ꝙ in talib⁹ 5 delictis,inquibus pœna ipſo facto cõmittitur,nõ habet locũ pœnitẽtia:vt eſt glo.ſi.in cle. ne in agro. ſ. quia verò.in verſ. ipſo facto.de ſta. mon.& Bal .in.l. ſi quis ſeruo.in fi. C.de fur.& in ru. ff.ſol.mat.& in.l. j.ſ.hoc autem.ff. quod quiſq; iur¹. & in.l.qui autem operas.per illum text.ff.de infa.& Cy.in.d .l. ſi quis nõ dicam rapere. Limita hîc vnum

niſi cõſtitutio puniat attẽtatum:vt eſt caſus in.l.j. ſ. beſtias. ff.depoſi. ſecundũ Salyc.in d.l.ſi quis non dicam rapere.
¶ Adde Bal.cõſi. cclxxvj.Alex.cõſil. cxv. Franciſ. Aret.conſi .xlix.

SEB.SAPIA.
d ¶ Inchoatũ.vide Fel.in trac.quando conatus punitur,not.per Moder.in.l .j .ſ .hæc verba . ff . quod quiſq; iur.

e ¶ Deuolutio.Ad de Ro.conſi .ccclxj.& qd de præſentatione : vide Lap.allega.lxvij. &.lxxviij .& qd de executoribus: vide Cal.cõſi.j.de ſupp.negl.præla. Fed.conſi.clx.de iuriſdictiõeexercenda data negligentia ſubditorum.

ZACHARIAS.
f ¶ Ad Metropolitanũ. Tu dic,ꝙ in ſolo caſu negligẽ

tiæ,deuoluit poteſtas ad Metropolitanũ,quod ꝓbat in Decretali Alexã. iiij.j. de app. dilecti. Quã tñ limitabis nõ procedere,ſi ad ſolos Eꝑos ſpectaret electio. Tũc em̃ ſi fuerint negligẽtes,nõ deuoluit poteſtas eligendi ad eorũ ſuperiores:ſed ad eorũ capitula:vt no. Mãdago. in ſuo trac. de elec. c.j. parte.j. in gl. pe.& fi.& Fed. de Sen. cõſi. xxx. & Fran. de pataui. in ſuo trac. de poteſtate, cap. ſede vac. q.j.

SEB. SAPIA.

a ¶ Nõ placet. Hoc etiã tenet. d. Abbas. ĩ. c. graue. j. de præbẽ. de quoibi per Car. & Io. de Imol.

b ¶ Amittat. vide Pe. de Anc. in cõſil. vj. poſito inter cõſilia Cal. tit. de feu. incip. an iniuria. But. in. c. fi. de poſtula. Gaſp. de Cald. in. c. cũ cleri ci. de pact. Mod. in. c. ij. de reſcri. fa cit tex. & ibi per iſtũ in. c. querelã. in verſi. remouen tes. de iureiur.
¶ Adde, q̃ poſui in iſta materia, in c. licet. in. vij. no. ſ. eo. Aenæ. fal.

SEB. SAPIA.

c ¶ Amittat. Vide Abbat. in .c. j. ne Præla. vices ſuas. glo. in. l. ſi quis in tantã. in ver. amit tat. C. vñ vi. Feli. in. c. Rodulphus. col. xvj. ver. verba lata ſnia. colũ. j. ſ. de reſcrip. vbi re ſcrip. vbi refert, ꝙ verbũ amittat, eſt futuri temporis: niſi addatur ipſo iure.

d ¶ Defectũ. Vide Abb. in. c. fina. de cle. excom. mini ſtran.

e ¶ Finis primi triẽ nñ. vide Io. An. in addi. Spec. in titu. de pœ. in fi. prin. & quid de dilatio ne data alicui per legẽ, an cõfundat cũ conuentionali dilatione, vel inci piat à die primi termini cõuentionalis: vide Bal. in. l. fi. C. de repud. hær. faciat tex. in. l. capi te quinto. ff. de adult. vide quod in fi. no. Bar. in. l. fi. ſ. quoties. ff. de publi. Anto. Franc. ¶ Circa quod hic dicit de dilatione, adde licet dilationes ſint à iure taxatę, poſſunt tñ prorogari, vel minui p iudicẽ ex cauſa. l. interdũ. & ibi per gl. Bar. & doct. ff. de iud. l. fi. & ibi Ang. no. ff. de fer. & habetur per Spe. in ti. de dila, in. ſ. nũc videamus. in ver. & ſub hoc. vtrũ aũt debeat adhiberi cauſæ cognitio in tali prorogatione faciẽda, vel abbreuiatione, ha betur per Bart. & Paul. de caſt. in. l. fi. præalle. & per Pau. de ca. in. l. j. C. de dila. & in ſuo conſi. ciij.
¶ Et adde, ꝙ qñ iudex nõ vellet moderare dilatiões à iure taxatas ex cã, poſſet ab eo appellari: vt not. Spe. in tit. de cita. in. ſ. ij. in fi. & in. ſ. vj. in fi.
¶ Et adde, ꝙ non ſolũ dilatio ad producendũ iura & inſtrm partis, quæ à iure eſt cõceſſa vſq; ad concluſionẽ in cauſa: vt in. c. cũ dilectus. de fide inſtru. põt abbreuiari p iudicẽ, ſed etiã dilatio data ad apponendũ exceptio nes dilatorias, quę vſq; ad litis conteſtationẽ: vt in. l, ita demũ. C. de procu. põt & debet ex cauſa abbreuiari per iudicem, ſecundũ Pau. de caſt. in. l. ora tionẽ. ad fi. Itẽ dilatio quatuor menſiũ: quæ datur iudicatis ad ſoluendũ in actiõibus perſonalibus, põt minui, vel prorogari à iudice. l. ij. & ibi ꝑ Bar. & doc. ff. de re iud. Et habet in. c. quodad cõſultationẽ. de re iud. & in. l. iiij. ſ. condẽnatũ. de re iud. vide do. Car. in cle. j. de vi. & ho. cleri. Et hæc vera ſunt etiã, qñ procederet in cauſa ſola facti veritate inſpecta: vt ꝑ do. de Rot. deci. xcix. quæ incip. oẽs. in not. Quid aũt de dilatione bãni taxata per ſtatutũ, an poſsit prorogari, vel abbreuiari per iudicẽ? habet per Bal. & Paul. de caſt. in. l. fi. ſ. & hoc q. dẽ. C. de iur. deli. & dicit non. Et iõ ſi ſtatutũ diceret, ꝙ aliquis deberet ſoluere condemnationẽ intra certũ terminum, aliâs amputet ſibi manus: nõ põt talis termin⁹ per iudicem abbreuiari: vt ſingulariter voluit Bal. in marg. ſua. in ver. dilatio. in ver. pe. Et quid de termino dato ad appellandũ, & ad Apoſtolos recipiendũ, & ad appellationẽ proſequendã, & ad inuentariũ cõficiendũ: & de alĳs etiã dilationibus, quę à iure ſtatuunt, & de tpe ſtatuto ad petendũ in integrũ reſtitutionẽ: vide latè ꝑ Bal. in d. l. fin. in. ſ. cũ generaliter. C. de iure delib. & ꝑ Bar. & Alex. in. d. l. ij. ff. de reiud. & per Bal. in. l. eos. C. de ap. & per Bart. in l. j. ff. de libel. dimi. & ꝑ Bal. in. l. dicere. in. ſ. vnde videndũ. ff. de arbi. & per gl. in. c. j. in. ſ. monitiões. de mili. vaſal. qui contu. eſt: & vide etiã ꝑ Bal. in ver. ſicu. feud.
¶ Et quid de dilatione conualidata hæredi ad implẽdum volũtatẽ defuncti. Dicas, ꝙ illa põt prorogari, non aũt breuiari: vide Bald. in aut. hoc amplius. in. j. op. C. de fideic. & & vide Pau. de ca. in conſi. ſuo. clxv. in quibus etiam locis habetur, an dilatio, quæ datur per iudicem confundatur cum dilatione legali, ſiue ſtatutaria: vel quando ille incipiat.

Eꝑs: ſed vt canonicus: vt in. c. poſtulaſtis. præalleg. & in. c. à collatione. de appel. lib. vj. ¶ Et ex his conclude, ꝙ ſi Eꝑs perdiderit ptãtem cõferendo, cõfirmando, ſiue inſtituẽdo præſentatũ per patronũ: ſemper fit deuolutio ad capitulũ ſuũ: niſi in beneficijs deuolutis ad Eꝑm ex negligẽtia inferiorũ. † Et ex his põt decidi quę ſtio: nũquid collatio facta ſcienter indigno, ſit ipſo iure nulla. doc. apertè nõ tangunt hîc. Sed vide Io. And. poſt Compoſt. in. c. capitulũ ſanctæ crucis. in pe. col. de reſcrip. Vbi videt velle, ꝙ collatio facta criminoſo, nõ eſt nulla: ſed venit annullanda. arg. in. c. inter dilectos. de exceſ. Præla. & vide per Fed. conſi. xiij. circa medium. quod mihi nõ placet[a]. Vñ credo, ꝙ collatio facta nõ idoneo ſciẽtia, moribus, & ætate: eſt ipſo iure nulla: & poteſtas prouidẽdi illa vice deuoluit ad aliũ modo prędicto. Hoc videt probare tex. in. d. c. quanquã. in fi. iuncta gl. penul. & hîc. Nã text. iſte in perditiõe huius poteſtatis, & in nullitate actus, voluit æquiparare electores & collatores. Non obſt. ꝙ text. dicat ptãtem amittat[b]: qa illud verbũ amittat, [c] debet intelligi, ſcilicet ipſo iure: vt patet per præcedentia & ſequẽtia. Nam de ſignificato verbi amittat, eſt vt nõ requirat actualẽ executionẽ, ſeu factũ alterius: ſicut in ſimili dicimus de illis verbis, excõicationi ſubiaceat. Nã illud verbum ſubiaceat, eſt eiuſdẽ temporis, cũ illo verbo amittat. Et per illa verba fertur excõicatio ipſo facto: vt not. gl. in. c. vnico. de iniurijs. lib. vj. in fin. Dixi plenè in. c. clerici s ĵ. ne cleri. vel mona. ſecus ſi tex. dixiſſet, priuet: quia hoc verbũ requirit executionẽ alterius. Et puto, ꝙ in collatoribus ſit tenenda cõcluſio, quã facit Io. An. in electoribus in regula, odia. in mercuria li. vbi concludit, ꝙ iſte ſ. clerici. habet locũ ſolùm in defectibus hîc expreſsis: ſcilicet qñ eligitur patiẽs defectũ [d] in natalibus, in ætate, & ſcientia, & moribus. Si aũt canonici eligerent patientẽ aliũ defectũ, tũc cõcludit, ꝙ nõ incurrũt pœnã de qua hîc: quia iure nõ cauet. Quod aũt prædixi habet locũ in deuolutionibus fiendis de Eꝑo ad capitulũ: & econtrà. ſed ſi poteſtas cõferendi, eligendi, præſentãdi, vel confirmandi ſpectat ad inferiorẽ citra Eꝑm & capitulũ: puta Abbatẽ, Archidiaconũ, vel præpoſitũ: tunc iſto priuato propter negligentiã, vel delictũ deuoluitur poteſtas ad proximũ ſuperiorẽ: vt in clem. vnica. de ſup. neg. Præla. ptãs tñ inſtituẽdi, vel eligendi, ſeu præſentãdi deuoluit ad illum, qui habebat ptãtem confirmãdi, vel inſtituẽdi: licet aliâs non ſit ſuperior. ĵ. Pone exẽplũ. capitulũ alicuius eccleſię habet eligere: poteſtas aũt cõfirmãdi ſpectat de iure ſpeciali ad Abbatẽ, & nõ ad proximũ ſuperiorẽ. Et idẽ dic cũ patron⁹ negligit præſentare, vel præſentat indignũ: quia ille dicitur ſupplere, qui habebat ptãtem cõfirmandi, & inſtituẽdi: qa cenſet ſuperior quo ad beneficiũ, licet nõ ſit ſuperior quo ad ꝑſonas eligentiũ, vel præſentãtiũ. & de hoc eſt glo. ſing. in dicta cle. vnica. ¶ † Vltimò hîc quæritt, quid ſi durãte iſto triẽnio, quo canonici ſunt ſuſpẽſi à beneficijs, cõtingat iterũ eos eligere ſciẽter indignũ: & ſic incidũt in nouam pœnã alterius triẽnij: nũquid iſtud ſecundũ trienniũ incipiet ſtatim poſt factã electionẽ: an debeat expectari finis primi triennij? [e] Et hæc quæſtio põt contingere ſæpenumero in cõſimilibus terminis. Io. An. refert opi. multorũ, qui hanc qõnem diſputarũt: tandẽ ipſe concludit indiſtinctè, ꝙ ſecundũ trienniũ incipit ſtatim poſt cõmiſſum delictũ: ita, ꝙ priora tẽpora confundunt in ſecundis: quia ex quo pœna imponit ipſo iure, neceſſariò debet incipere ſtatim poſt commiſſum delictũ. Et idẽ concludit ipſe in glo. ſua. in cle. ij. de magi. in fine. ¶ Sed mihi plus placet opin. quãm ſentit Bar. in ſimilibus terminis. in. l. in ſenatus. ff. ad Turpil. vbi format quæſtionem: ſtatuto cauetur, [f] quòd committens homicidium, ſoluat mille: & ſtet ad confinia per decennium, durante primo decennio homicida commiſit aliud homicidiũ: quæritur nunc vtrum debeat expectari finis primi decẽnij: an verò ſecundũ decenniũ debeat immediatè currere? & concludit, quòd quando ꝙ pœna imponitur, vt ſpecies: puta dicit ſtatutum, ꝙ ſtet ad confinia per decenniũ à tempore delicti commiſsi: & ſic determinat tẽpus: & ſic ſecundũ decennium debet inconti nenti currere: aliâs nõ eſſet illud decenniũ, ſed aliud. argu. bonum in. l. ſi vſusfructus mihi in bienniũ. ff. de vſufru. lega. ¶ Aut pœna apponit generaliter, & indeterminatè: puta ſtet ad con

f ¶ Statuto cauetur. Adde Petr. de Ancha. c. j. de conceſ. præben. & in conſil. iiij. Bal. in. c. ex parte. in. j. col. ibi à tempore vltimi ſtatuti. de conſtit. & in. c. prætereà. in. v. col. in ver. vtrũ plures dilationes. de dilatio. Io. And. in cap. vnico. de plus pet. Bar. in. l. aut damnum. ſ. quiſquis. vbi bo. tex. ff. de pœ. domi. meum in. c. ex literis. de conſti. & in. d. c. prætereà. & in. l. ita ſtipulatus. in. xvij. aliâs. in. xviij. colum. ff. de verbo. oblig. Et adduco Bart. in l. Meuius. ſ. duobus. in. xiij. col, in princip. in verſicul. ij. inducitur. ff. de legat. ij. vbi ponit notabilem qõ. Conſuetudo eſt in eccleſia Piſana, quòd ſi vnus ex canonicus moriatur, canonici lucrentur fructus primi anni: demum accidit de vna præbenda, ꝙ vacauit bis eodem anno, vtrum debeant habere fructus duorum annorum: determinant poſt Petr. & alios, quòd non: ne duæ cauſæ lucratiuæ eiuſdem fructus cõcurrant. & dicit Pet. ꝙ ita fuit determinatũ vltra mõtes, vbi fuit hæc cõſuetudo. Et ſubſequenter ponit aliã qõnem, de qua, vt ibi per eũ, in ver. iij. ego induco: ſtatuto cauetur, ꝙ ſi quis portauerit bladum extra comitatum: quòd perdat animal ſuper

finia-

finia per decennium: & tunc incipit secundum decennium finito primo: quia aliâs non solueret pœnã delicti. facit. c. j j. de pœ.

SVMMARIVM.

1 *Electio facienda de ali quo superiore, potest compromitti etiam in penitus extraneum. 2.*
3 *Moniales possunt compromittere electionem Abbatissæ in masculum.*
4 *Habens mandatum eligendi, intelligitur de idoneo: quia mandatum licet generale de eligendo, intelligitur de idoneo: aliâs electus non idoneus non est recipiendus.*
5 *Electio Prælati, non potest committi laico.*
Laicus licet possit esse procurator in spiritualibus, non potest esse arbiter.
6 *Habens authoritatem eligendi, & confirmandi, vtrũ possit se vnico actu expedire: scilicet eligere & confirmare simul.*
7 *Ecclesia subiecta Episcopo debet in omnibus actibus consensum Episcopi habere.*
8 *Arbitrator, quis seu amicabilis compositor.*
Laudum ipso iure nullum, non reducitur ad arbitrium boni viri: secus si est iniustum.
9 *Compromittentes non possunt soluta pœna recedere à persona electa.*
10 *Electores, an & quando possunt variare: vide infrà eodem capi. cum terra. in fine.*

CAP. VIII.

1 CAusam quæ. ¶ † Compromittentes super electione tenẽtur recipere electum à compromissario, si est idoneus. h. d. Communis diuisio, secũda ibi: *si sorores.* ¶ Casus literalis. Vacante monasterio sanctæ Margaritæ: moniales contulerunt potestatem eligẽdi Abbatissam in Epm Bono. promittentes eã recipere in Abbatissam, quã Eps dixerit eis prouidendã. Moniales verò postmodũ re non integra voluntatem suã mutare volebant: mandat Papa quatenus si hoc verũ est, illam quam Episcopus eis prouiderit, in suam faciant recipi Abbatissam, si idonea fuerit. Bern. ¶ Not. j. ꝙ moniales appellãtur sorores: & econtrà. vnde hæc verba videntur sinonima. i. idẽ importantia: quod est cõtra vulgares. secundum Ioan. Andræ. qui sorores appellant subiectas fratribus mendicantibus, alij verò appellant moniales. Idem dic de monachis: quia possunt appellari fratres: vt. in. c. cãm j. de iud. Nã olim [a] antè, quã esset adinuentũ in concilio: vt fideles appellarẽtur Christiani, oẽs appellabantur fratres: vt est tex. iuncta gl. in. c. sacrosan. xxij. dist. sunt enim omnes Christiani fratres in Christo: quia per lauacrũ regenerationis recognoscunt spiritualiter vnũ patrem. s. Deũ. Vnde hinc oẽs fideles cuiusꝙ sint conditionis, orando Deũ dicunt: pater noster. vide ad hoc tex. in. c. ad mensam. xj. qõ. iij. sed postmodũ per excellentiã relictum fuit hoc nomen religiosis propter charitatẽ, quam inuicem debent habere: vt appellẽtur fratres
2 vel sorores. ¶ † Not. ij. ꝙ compromissum de eligendo Prælatum
3 potest fieri in forinsecũ, seu extraneum à collegio. ¶ † Item no. ꝙ moniales possunt transferre potestatem eligendi Abbatissam in masculum: non ergo tenentur compromittere in alias moniales. Item no. ꝙ hîc potestas eligendi potest conferri in habentẽ potestatem cõfirmandi. Et hoc notabile colligitur intelligendo, ꝙ iste moniales erant subiectæ isti Episcopo: quo casu ad ipsum Episcopũ pertinebat de iure communi potestas confirmãdi electionẽ: vt
4 not. glo. xviij. q. ij. c. ij. ¶ † Itẽ not. ꝙ dantes potestatẽ alicui eligen
b di Prælatũ, vel aliũ officialẽ, videntur intellexisse de idoneo. [b] Vnde si electus non est idoneus, nõ tenentur isti electũ recipere. ¶ Et facit ad. q. qñ cõmunitas eligit duos ciues, vt vadant ad eligendum potestatem, vel Capitaneũ. Si enim eligunt indignũ: puto, ꝙ ciuitas non tenetur illũ acceptare: vt hîc. quod not. Nã in mandato generali non venit, ꝙ eligant indignũ. arg. in. l. si procurator. ff. de cõ
5 di. inde. & in. c. si compromissarius j. eo. lib. vj. ¶ † An aũt [c] hæc po
c testas eligendi prælatũ, possit cõferri in laicum: vt in cõpromissarium? videtur, ꝙ sic: quia compromissarius censetur procurator cõpromittentium. Eligit enim ipsorum noĩe. Ad hoc quod leg. & no. in. c. in causis j. eo. & in. d. c. si cõpromissarius. Sed laicus põt esse procurator in spiritualibus: cũ exerceat nudũ ministeriũ: vt est tex. not. de procu. c. j. li. vj. ergo. &c. Cõtrarium puto verũ: quia in quo portaret & condemnet in. x. Alio statuto cauet, ꝙ in oĩbus maleficijs commissis de nocte pœnæ duplicentur: modò quidam extraxit frumentũ super mulo de nocte: vtrũ teneat ad duos mulos? certè non: ne duæ causæ lucratiuæ cõcurrãt: vt ibi p eũ. & vide p Bar. in. l. sanctio legũ. ff. de pœ.

a ¶ SEB. SAPIA. ¶ Nã olim. Not. est, ꝙ fraternitas dicit octo modis: vt

electiõe prælati, nõ versatur nudũ ministeriũ: imò habet arbitrari, an quis sit idoneus ad officiũ Prælaturæ: nec est oĩno simpliciter procurator. Imò officiũ radicat in persona sua adeò ꝙ non põt reuocari: de quo tñ est dicendũ: vt in. d. c. in causis. Ad hoc adduco tex. in. c. cõtingit. de arbi. vbi patet, ꝙ nõ põt assumi arbiter laicus super spiritualibus. & subijcit ibi in tex. Ratio: qa nõ decet, vt laicus in talib⁹ arbitret. quæ quidem ratio optimè militat in qõne nostra. Faciat in arg. c. Massana. & c. sacrosanj. eo.
6 ¶ † Secũdò qrit, pone ꝙ cõpromissum fuerit factũ in Epm, qui habebat potestatẽ cõfirmandi electionẽ: nunquid poterit iste Eps, ex quo nũc habet ptãtẽ eligẽdi: vt cõpromissarius, & cõfirmandi: vt Eps vnico actu expedire. s. per viã prouisionis, dicẽdo: prouideo vobis de tali in Abbatissam: an tenet prius eligere tãquã cõpromissarius, & posteà cõfirmare tanquã Eps? Io. An. dicit, ꝙ fortè olim poterat se expedire vnico actu: sed hodiè secus: cũ post electionem debeat proponi edictũ ante confirmationẽ iuxta formã. c. fij. eo. li. vj. d. Ant. dicit, ꝙ nec hodiè, nec olim possunt illa expediri vnico actu: cũ diuerso iure istę potestates cõcurrũt in eadem psona. & hoc quod no. in. d. c. cũ inter canonicos j. e. ¶ Ego distinguerẽ latius sic: ꝙ aut
c istæ ptãtes concurrũt in eadẽ persona diuerso iure: aut eo. Primo casu, aut ꝓpria authoritate habet ista exercere vtrũqꝫ: & tũc est in optiõe suã, an velit prouidere vnico actu: an diuersis vicibus. Et hoc fuit finaliter de mente Io. An. in. c. ne pro defectu j. eo. vbi dicit, ꝙ si ptãs eligendi per negligẽtiã deuoluit ad superiorẽ potest superior eligere iure deuoluto: & posteà cõfirmare iure proprio. Itẽ poterit prouidere vnico actu per viã. s. prouisionis, seu collationis. Quia cũ habeat ipse vtranꝫ ptãtẽ ex officio proprio, põt miscere vtrunꝫ: quod satis mihi placet: cũ nõ censeat iste hoc casu iure diuersorũ. Pro hoc alleg. no. dictũ dom. de Rot. deci. lv. vbi notabiliter dicũt, ꝙ si per negligen
d tiã patroni deuoluitur ptãs ad Epm, tenet Eps conferre beneficium intra tẽpus præfixum ad conferendũ [d]. ¶ Et sic not. singulariter, ꝙ non tenet Episcopus priuseligere, & apud seipsum præsentare & posteà instituere: sed potest vnico actu expedire per viã collatiõis. Et tene mẽ
e ti: quia habet tps ad conferendũ hoc beneficiũ. [e] Sex mensiũ à tpe deuolutionis quẽadmodũ intra prædictũ tps tenetur cõferre beneficia spectãtia ad eũ iure proprio: vt in. c. ij. de concess. præbẽ. facit optimè ad ꝓdicta a. c. si electio j. eo. tit. lib. vj. & c. licet j. de sup. negli. præla. Si verò habet ptãtem eligẽdi & cõfirmandi iure diuerso, & non proprio: vt quia est cõpromissarius respectu electionis: & tunc nõ potest se expedire vnico actu: quia nõ debet miscere istas ptãtes: vt alius eligat: & vt alius habeat cõfirmare. Ad quod vide bo. gl. in. c. vt circa j. eo, lib. vj. & per Inn. & gl. in. c. cũ inter canonicos j. e. quod not. in cle. si beneficio. de præbend. in glo. & in c. cũ venissent. de insti. & per do. de Ro. decisi. cclv. Si verò eodẽ iure habet quis vtranꝫ po-

quam ibi latè per Deci. facit. tex. j. c. Massana. j. hoc ti. in. c. c. sacrosan. eo. tit. & Io. An. in. c. ij. de præbẽ. vbi dicit, ꝙ nõ valet cõsuetudo in cõtrariũ, etiã cuius initij memoria in cõtrariũ non existeret. & hoc procedit etiãin laico patrono. c. nobis. j. de iurepatro.

d ¶ Ad cõferendũ. Adde Rom. sing. ccccxciij. vbi dicit, quòd si executori præfixa est meta, distribuẽdi in certas personas data negligentia, Episcopus tenet in illas dispẽsare.

e ¶ Quẽadmodũ. Adde do. Feli. in. c. cũ accessissent. in. xij. col. in ver. ex hoc dicto. de consti.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

a ¶ Differentia. Vide iſtū poſt alios in.c.quintauallis.de iureiu.in.v.col.in ver.ex p̄dictis collige alias differētias.& per doc.in.l.ſocietatem.§.arbitrorū.ff.pro ſoc.pulchrè p Ang.Are.inſti.de ac.§.oīm autē in.ij.&.iij.co.vbi ponit caſus,in qbus arbiter & iudex æquiparant,& in qbus differunt.

b ZACHARIAS. ¶ Inter arbitrū. Tu vide pro hac differentia,quod not. in apoſt. Celſi ad Fran.cre.ſing.ſuo cxlvij.qd' incipit cōmiſſaeſt q̄ſtio.

ZACHARIAS.

c ¶ Boni viri. Adde quid ſi arbiter fuerit electus p̄cō promiſſarios : vt bonus vir habito p̄cipuè reſpectu ad ipſum,& non ad alium:an impediat laudū reduci ad arbitriumboni viri.vide Lu. Roſing. inci.an à laudo,vbi alle.ſin.dictū Bar.in.l.iij.§. tametſi.ff.de arb. tenet ,q̄ impedit reductionē, quē Alex.in apoſt.ad iſpm in alle.l.iij.ſe quit dicēs ſin. ēt &aureū dictū.idē in apoſtil.in.l.ſocietatē.§.arbitrorum.in vlti.col.in verſ.operātur.ff. pro ſoc.& Lāf.de ori.allegās ſin.prę miſſum Ro.ī ſuo tra.de arbi.in vlt. parte.ver.& ideo licet ibi firmiter non figat pedem. Antoni. Franciſ. ¶ Circa hoc, an & qñ eſt factū cō promiſſum in aliquē,vt in bonūvirū,poſsit ab eo peti reductio ,qñ ēt sūt addita illa verba non habito reſpectu ad aliū.Dicas,q̄ q̄uis Bar.in locis hîc alleg. & aliqui hîc allegantes tenuerit ,ſicut hîc dī,q̄ non poſſit peti reductio ad arbitriū boni viri:tñ Bal.in.l.cū hac.in.ij.col.ſ. de arbi.vī tenere cō trariū. Et pro eo facit:qa qñ eſt factū cōpromiſsū: vt arbiter pro libito volūtatis ,pnūtiet : nō excludet beneficium reductionis prout etiā voluit Bald. in.l. pen.in.iij.co.C.de arbi.& in.l.iij .in ver.& per hoc appet.C.de do.promiſ.& in.l.fin. §. ſed & ſi quis.in.j. col.C.cōia deleg. vbi dicit,q̄ clauſula, q̄ arbiter pro-

A Nēpe iudicis ordinis illi⁹ loci. glo. in.c.ſtatutum. hoc tit. lib. 6. &.c.ſi clericus.de præbēd. eo .lib.

teſtatem:tūc pōt vnico actu ſe expedire. Nam collatio habet vim electionis & confirmationis:vt no.in.c.cū olim.de cauſa poſ.& propri. 7
¶ †In glo.j.in fi.Not.ex hac gl.q̄ Eps nō dicit eſſe de collegio eccleſiæ inferioris ſibi ſubiectæ:licet ſit caput collegij . & dic ,q̄ eſt caput mediatū,non immediatum:iuxta tñ not. in.c. cū ab eccleſiarū.& c.paſtoralis.de off.ordi. Et quia eſt caput. Itē & propter communionem, quę eſt inter Epm & eccleſias ſibi ſubiectas,debēt iſtæ eccleſię ſibi ſubiectæ in omnibus actibus habere conſilium & cōſenſum Epi:vt not. Inn.in.c.requiſiſti.in fi.de teſta.& in.c.cum accepſiſſent.de conſti. 8
¶ †In glo.in ver.ſi tñ exiſtat idonea.in fi. Not.iſtam gl. pro differētia [a] inter arbitrum [b] & arbitratorem,ſeu amicabilem cōpoſitorem. Et quatenus glo.dicit, q̄ dictū arbitri tenet,ſiue ſit æquum , ſiue iniquū. dic illud verū:niſi contineat euidentē iniquitatem,ſeu peccatū. De quo dic ,vt plenè dixi in c.ij.de arbit . Quatenus aūt dicit,q̄ dictū arbitratoris,ſeu amicabilis cōpoſitoris non tenet: niſi ſit æquum.intellige.ſ.in effectu : quia poteſt peti reductio ad arbitriū [A] boni viri [c] .i.vt per iudicē tanquam bonūvirum reducatur ad æquitatem [d]:vt in.l.ſocietatē §.arbitrorū.ff.pro ſocio. Laudū tñ tenet,niſi eſſet nullum alia ratione:puta quia latū contra ius ſcriptū,vel cōtra fauorem cōpromiſsi:vt in.c.examinata. de confir.vti.vel inuti. Tūc enim non petitur reductio ad arbitriū boni viri , ex quo laudū eſt nullū. Tamen iſta nō ſunt neceſſaria in caſu noſtro:quia vt dicit Io. And.& bene compromiſſarius ad eligendū non eſt propriè arbiter, vel arbitrator:ſed eſt potius procurator . Cōpromiſſarius eligit enim nomine collegij,non nomine proprio:vt in.c.in cauſis.j.eo.& in.c.ſi cō promiſſarius.eo.tit.lib. vj.Dic etiā,q̄ non eſt propriè procurator:quia poteſt hæc poteſtas reuocari: vt dicetur plenè in .c.in cauſis.j.eod. Vnde eſt quædā ſpecies de per ſe. Nam arbiter & arbitrator ſumūtur in diſcordia.ſed cōpromiſſarius ad eligendū quandoq̄ deputat nulla exiſtēte diſcordia:ſed,vt facilius prouideatur eccleſiæ de prælato:accedit tamen magis ad naturam arbitrorū,quā arbitratorum;quia arbiter propriè aſſumitur ad litem decidendā. Arbitrator autē ſuper diſcordijs ortis in contractu,vel quaſi:vt in.d.§.arbitrorum.cū duabus legi.ſeq. 9
¶ †Et ex hoc infert,q̄ nō poſſunt cō promittentes ſoluta pœna,vel intereſſe recedere à perſona electa:vt hîc.licet ſecus ſit in dicto arbitri:vt in.c.dilecti.j.de arbi. ¶ In gl.fi.in fin.tene hoc vltimum dictum gl.quod eſt hodiè approbatum:in .d .c.ſi compromiſſarius. 10
¶ †Et generaliter,cum quęritur,an electores poſſunt variare alium eligendo :diſtinguendū eſt, aut elegerunt nomine proprio:vt faciunt canonici:aut nomine alieno:vt faciunt cōpromiſſarij.Primo caſu aut electio tenuit,& non poſſunt variare:vt in.c.publicato [e] .& in.c.cū inter j.eo.Quod tñ limita:vt dixi in.c.pen.ſ.titu.proxi.Aut electio non tenuit:& tūc aut vitio formæ:& poterunt iterū eligere antè,quā

a b c d e

nūtiet pro libito:vel ad beneplacitū:intelligit ad arbitriū boni viri.De quibus verbis importantibus arbitriū boni viri:habet p Alex.in.l.ſi ſic.ff.de leg.j.& in.l.j.ff.de leg.ij.& vide bo.tex.in.c.nimis.de exceſ.Præla.& hoc dictū Bal.intelligerē niſi forſan dolus arbitri interueniſſet:quia tūc verū eſſet,q̄ lædēdo partem enormiter dolo adhibito,poſſet peti reductio ad arbitrium boniviri, etiā ſi eſſet dictū, q̄ arbiter poſſet procedere altè & baſsè:qa tūc nō videret ,q̄cedere:vt bonus vir,ex quo dolosè ageret: ſecundū Io.an.in.c. humilis.de ma.& obe.Etvoluit etiā ipſe Bal.in.l.& in maioribus . C . de ap.& in.c.j .§.inter pares.in.ij.co. de lege Conra. in vſi. feud. & habet p Ro.in rub.de arbit.in.vj.col. & p Pau.de ca.in cōſi. lxx.& in cōſ.lxxxij.ſiantē dolus nō interueniſſet, tūc putarem opi. Bar.eſſe veriorē: quia tūc proceſsiſſet vt bonus vir,licet ſine dolo partē læſiſſet. Et ita putarem has opiniones fore cōcordandas.

priuentur:vt not.do .in.c.quia propter j. eod. Aut nō tenuit vitio materiæ:vt quia elegerūt indignū. Et hoc aut ignoranter:& poſſunt iterum eligere:vt in. c.innotuit .& in.c.cū terra. j.eo. Aut ſcienter,& non poſſunt eligere:quia ex hoc ſunt priuati & poteſtas eſt tranſlata in alium:vt in.c.ſ.proxi.§.fi.& in.c.gratum .ſ. de poſtu.præla. ¶ Secūdo caſu principali ,quādo elegerunt nomine alieno ,tanquam compromiſſarij:aut electio tenuit &non poſſunt variare:quia ſunt defuncti eorum officio j. eo . c.cum in iure.& in. d.ca. ſi compromiſſarius. Aut electio non tenuit vitio materiæ :& non non poſſunt amplius eligere,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter,quia functi ſunt eorum officio:vt p̄bat in.d.c.ſi cōpromiſſarius . Aut electio nō tenuit vitio formæ:& tunc aut iuerunt cōtra formā errore probabili:puto,q̄ poterūt iterū eligere:qa nō vident elegiſſe,ex quo nō ſeruarunt formā eis traditā:vt probat in.l. quid tñ. ff.de arbi.& eorū,quæ not.Inn.in.c.j.de re iu. vbi ponit de executore, qui probabili errore ductus prouidit de beneficio nō debito : nunquid poſsit prouidere de debito. Aut ſcienter iuerunt contra formā.& tūc puto,q̄ nō poterunt amplius eligere:quia functi ſunt eorū officio.arg.in.c.cū dilecta.de reſcri. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Electus & non confirmatus non poteſt conferre beneficia & alios actus Epiſcopales facere. & idem eſt in alijs electis.2.*

3 *Venire contra factum proprium eſt licitum ,quando illud factum non tenuit ex defectu poteſtatis.5.*

4 *Epiſcopi & alij prælati prouiſi per Papam,videntur electi & confirmati eodem inſtanti.*

Scriptura eſt de ſubſtantia probatoria : non de ſubſtantia gratiæ adeò,quòd teſtes non admitterentur ad probandum gratiam.

5 *Iudex,an & quando poſsit venire contra ſententiam ſuam.*

Confeſsio,an poſsit mutari per confitentem: & quid de libello.

Teſtes vtrum poſsint variare.

Societas poteſt ad libitum reuocari ex iuſta cauſa.

Prælatus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ.

CAP. IX.

1 NOſti. ¶ †Electus ante confirmationē beneficia cōferre,vel aliter adminiſtrare nō pōt. h.d.Primò ponit ius,exquo infert e mandatū.ibi: *mandamus*. ¶ Caſus literalis.Quidam electus fuit in Epiſcopū Liconī.iſte fic electus antè,quā haberet cōfirmationē,cœpit adminiſtrare,& conferre præbendas & dignitates. Dicit Papa,q̄ cū iſtius electio confirmata non fuerit : prædicta facere non poteſt :vnde mādauit Papa Epiſcopo Vigorien.vt ei præciat,vt ſi quam fecit conceſsionē de prędictis, 2 eam ſtudeat reuocare.Ber. ¶ †Not.j.q̄ poteſtas adminiſtrandi deſcēdit ex confirmatione: non autem ex electione collegij.Per electionē enim quis conſequitur ius prælaturæ & adminiſtrādi in habitu:ſed per confirmationē ſuperioris conſequit ius adminiſtrandi in actu : vt dicit

SEB. SAPIA.

d ¶ Ad æquitatem. Sed hoc nō habet locū,niſi ſit læſio in ſexta parte:ſecundū Bart.in.d. l.ſocietatē.§. arbitrorum.colū. vij. Quòd qūo intelligi debeat.d.Alexā.in.l.ſi quis arbitratu.in fi.ff.de verb.obl.& larius per dīm Bar. Vero.in tracta.de ſimulatio. cōtract. in.vj.caſu principali.col.xj .verſi. inj.opi. vbi videt reprehēdere Bar. Ego diſcuſsi in.l. ij.C.de reſcin.vendij. vide etiam ad hæc quæ no.Bar. in.l.fi. ff.de præto.ſtipulatio.

¶ Publicato. Vide ibi iſtum poſt alios doct.

2 ✠SEB.SAPIA. ¶ Not.ij. Hoc etiã procedit, q̃ quis posit venire cõtra factũ suũ, qñ actus est nullus. c. si quis Episcoporũ. de reb. eccl. non ali. no. Do. Abb. in. c. j. col. v. j. de iud. vide etiã no. in. c. diuersis. de cleri. coniu. & not. per Mod. in. l. trãsactione. C. de trãsac, vbi dicunt, q̃ quis põt detegere turpitudinẽ suã, & venire cõtra factũ suũ: qñ actus est nullꝰ. vide ẽt Alex. in cõs. cxxvij. co. i. vide etiã Pau. de ca. in. l. & hæredi. §. filia. col. ij. ff. de pact.

b ¶ Nõ tenuit. dic, vt glo. fi. 3

c ¶ Per testes. Vide quæ ponam in. c. innotuit. in num. xvij. j. eo. Aeneas falco.

d ¶ Si qs presbyteror. vide ibi Imo. & Bart. in. l. post mortẽ. ff. de adop. 4 & in. l. qui ea mẽte. ff. de fur. & aliquid peristũ in. c. cũ super qõne. de cõces. præben.
¶ Adde Francis. Are. consi. cxiiij.

✠SEB.SAPIA.

e ¶ Et diffinitiuã. De hoc latè p scribentes in. l. quod iussit. de re iudi.

✠SEB.SAPIA.

f ¶ Semel fecit. de hoc traditur in. l. edita. C. de eden.

✠SEB.SAPIA.

g ¶ Nõ debet audiri. vide Alexã. in cõs. lx. co. j. vo. iij.

h ¶ Si creditoribus. c Bal. ibi dicit, q̃ illud quod dicit q̃ qs nõ põt venire cõtra factũ: fallit in eo, qui tanq̃ arbiter tulit sñiam: qm̃ si illacã est fibi delegata poterit iudicare cõtra id, quod iudicauit tanq̃ arbit. refert Arch. ī. §. itẽ si cõtra patrẽ. iij. q. vñ. Fallit etiã in iudice, qui iudicauit à cuius sñia est appellatũ: q̃ postea si succesit appellãti, poterit dictã appellationẽ prosequi, & venire cõtra sñiam à se latã vt voluit Io. An. in addi. Spe. in ti. de sen. pla. §. qm̃ vers. qd si procurator. referũt & sequũt Bu. & Imo. in. c. j. de re iu. gl. est & ibi Arch. in d. §. itẽ si cõtra patrẽ. Cui adde, qd no. in. l. j. ff. de except. rei iu. & vide Imol. in. l. si eum ho. ff. de fideiuss. Antoni. Francis. ¶ An & qñ quis

dicit gl. notabilis hîc. & in. c. quanto. lxiij. di. & idem in electiõibus collegiorum secularium: vt no. gl. in. l. priuatorũ. C. de iurisd. om. iudi. & Bal. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & vide quod dixi. s. eo. in. c. postquã. ¶ † Not. ij. [a] quẽ posse venire contra factum proprium, qñ illud nõ tenuit[b] ex defectu potestatis. & ad hoc solet allegari iste tex. de quo dicendũ est: vt j. latius dicam. ¶ Vltimò no. q̃ ante confirmationẽ appellatur quis electus habita electione collegij. Idem dic post confirmationem ante consecrationẽ: vt in. c. tuaj. de his, quæ fiunt à Prælа. ¶ † Sed quęro, quid de istis Prælatis, qui hodiè prouidentur per Papã: nunquid isti statim possunt administrare: cum sint per Papã pronũtiati? dic, q̃ sic: quia talis prouisio habet vim electionis & confirmationis: vt not. in. c. cum olim. de causa posses. Dic tamen, q̃ non debet recipi tanquã prælatus: nisi per literas Papæ faciat fidem de prouisione sibi facta: aliãs recipiẽtes eam incurrunt pœnam: & est hodiè prouisum in quadam extrauaganti. Dic tamẽ, q̃ immediatè cum Papa pronuntiat aliquem prælatum, statim ille sic pronuntiatus est verus prælatus: quia ad esse gratiæ non requiritur litera, sed solũ sufficit factum principis: sed litera est de substantia probatoria: non autẽ de substantia gratiæ. not. Bald. in. l. humanum. C. de legibus. per Ioan. And. & Archid. in procemio Sexti. Vnde hodiè non sufficeret probare per testes, [c] quòd Papa pronũtiauit aliquem Episcopum, ad hoc, vt recipiatur in ecclesia, tãquam Episcopus: sed oportet vt probetur per literas Papæ modo prædicto. ¶ † In gl. fi. not. gl. quæ solet allegari: cum quęritur, an & quando quis possit venire contra factum proprium: Pet. de Fantus. ponebat hîc aliam theoricam, dicẽs: q̃ aut factum est nullum ratione conferentis: puta, quia non habebat potestatem disponendi, vel nõ seruauit solennitatẽ debitam: & potest quis venire cõtra factum suũ, licet sit nullum. alleg. c. diuersis fallacijs. de cler. coniu. Secus si ignoranter disposuit: vt in. c. innotuit j. eo. Inno. dat aliam theoricam dicens: vbicũq̃ factũ est improbatum à iure, semper quis potest venire contra factum proprium: vt hîc. & in. c. si quis presbyterorũ[d]. de reb. eccle. non alie. Nõ ob. secũdum eundem. c. diuersis fallacijs: quia ibi factum non erat omnino nullũ: sed poterat aliquo modo sustentari. vel illud procedit in odiũ Episcopi, qui scienter prouidit de beneficio clerico coniugato. vel tertiò, procedit illud dispensatiuè secundũ eũ. Sed põt dici, q̃ cũ ista sit via brocardica & discurrat p̃ multos & infinitos casus, nõ põt sub certa regula distringi: sed secundũ varietatem factorũ, aliqñ licet venire cõtra factũ proprium: aliqñ non. Et in iudicijs põt ista quæstio discuti multis modis: & respectu iudicis: & respectu partiũ. Nam in iudice potest dubitari, an possit venire contra sñiam interlocutoriã & diffinitiuã[e]. de quo dicendũ est: vt dixi in. c. cũ cessante. [A] de ap. & in c. in literis j. de offi. deleg. Respectu partis posset dubitari, circa cõfessionẽ & libellũ: nũquid

ſerit liti ob cauſam. Vnde aduerſarijs nolentibus illi prouidere de beneficijs, ſicut Papa ordinauerat: reduxit illum Papa ad ius ſuum priſtinum. Idem videmus in reſignatione, quæ fit ex cauſa permutationis: nam illa reſignatio fit tacitè ob cauſam. Vnde ſi aduerſarius non vult reſignare beneficium ſuum, poteſt redire ad ius ſuum priſtinum: vt in.c. cum vniuerſorum. de rerum permut. Tertia ſolu. colligitur ex verbo, *dum viueret poſſiden.* quæ bene & ſanè intellecta, ponit iudicio meo veritatem: vt dicatur, ꝙ hæc compoſitio fuit adimpleta per vtranq; partem: quia Papa ordinauit in compoſitione, vt. R. ſenior renuntiaret Abbatiæ, & reciperet Prioratum & Cuſtodiam eiuſdem monaſterij: & poſt renuntiationē per eum factam recepit à manibus Papæ prioratum & Cuſtodiā partibus conſentientibus. Vnde licet poſteà reuerſus ad monaſteriū non reciperetur: non tamen poterat dicere compoſitionem non fuiſſe adimpletam. Nam plenum ius fuerat per collationem ſibi factā cōſecutus. ideò poterat & debebat agere, vt illi aduerſarij obedirent ſibi tāquā Priori & Cuſtodi: non aūt poterat retractare cō poſitionem perfectam. Et per hoc ſoluuntur contraria. nec ob.c. cum pridē. quia ibi ille, qui ceſſerat liti, nō fuerat aliquo modo cōſecutus aliquid ab aduerſarijs. Sed ſolūm Papa mandauerat, vt illi prouiderent de competenti beneficio. vnde illis nolentibus licitū fuit illi redire ad ius ſuū priſtinum. Et hæc ſol. videtur de mēte Inno. & Hoſt. hic & multū mihi placet. Quarta ſolutio, quòd incontrarijs fuit imploratum officiū iudicis: hîc ſecus. Hæc ſolutio non videtur bona: quia ſi iſte. R. ſenior habuiſſet facultatē implorandi iudicis officium, vt reduceretur ad ius ſuum priſtinū: non poſſet dici, quòd ſua nō interfuiſſet appellare ne fieret electio: cuius contrarium dicitur in tex. Et ideo tene ſolutionem præcedentem. vnde nō ſine myſterio litera ponderat, quòd iſte. R. renuntiauit Abbatiæ: & de manibus Papæ recepit Cuſtodiam & prioratū quaſi ad inferendum, quod hincinde fuit cōpoſitio recepta & adimple-
14 ta. ¶ † An aūt teneat renuntiatio beneficij: vel collatio ſimoniacè facta: vide per Inn. in.c. cum vniuerſorum, præalleg. de rerum permuta. vbi tenet, ꝙ nō. Et no. ſingulariter illud dictum: & vide, qđ ibi dixi. Sed cōtra prædicta & cōtra tex. opponitur. videtur enim, quòd ſi iſtius. R. non interfuit appellare, non debuit etiam audiri quatenus impugnabat electionem factā de. R. iuniore rōne interdicti. Quia is, cuius nō intereſt, non debet audiri: iuxta notata in.c. ex parte. A. de teſti. vbi notatur de illa exceptione: tua nō intereſt. & per Inn. in.c. ſuper his. de ac. So. dicunt doc. & bene, quòd reſpectu appellatiōis interponendæ, nō intereat iſtius. R. ſenioris: quia ſolū appellabat, ne fieret electio propter ius ſuum, cui tamē renūtiauerat. Sed quatenus impugnabat electionē reſpectu interdicti, ſua intererat: quia cū eſſet monachus monaſterij, intererat ſua, ne illegitimè ꝓmotus præficeretur monaſterio: & ſibi in prælatū. arviij. q. j. c. audacter. & eorū quæ no. Inn. in. d. c. ſuper his. & ꝑ prædicta clarè patet intellectus huius cap. ¶ In gl. in verbo, *præiudicat.* ibi: *hîc ſecus.* Gl. non exprimit, quare ſecus hîc: id eſt quare iſte. R. iunior, cū eſſet reus, non fuit abſolutus: ex quo præſumptiones ſuper interdicto erant dubiæ: & actor plenè non probauerat illam exceptionem. Nam debebat reus abſolui, vigore illius regulæ. Cū iura partium ſunt obſcura, reo fauēdum eſt. & c. vt in regula, cum iura. de reg. iur. li. vj. vel vigore alterius regulæ actore non probāte reus debet abſolui: vt in.c. fin. de iureiuran. Solutio. dicendū, ꝙ illa iura procedūt quādo fuerūt datæ dilationes debitæ ad ꝓbādū hîc aūt ſolū pars exceperat, nec defecerat in ꝓbādo. Et quia in curia nō poterat iſte articulus de facili liquere ꝓpter probationū diſtātiā, Papa cōmiſit iſtum articulū in partibus decidēdū. Decidit aūt articulū appellatiōis Papa: quia de illo ſibi cōſtitit ſine aliqua
15 ꝓbatione. ¶ † In gl. fi. in fi. & ex hac gl. iuncto tex. collige, ꝙ ſuſpē ſi præſumēdo eligere, nō priuātur poteſtate eligēdi: licet malè faciant. Itē aliud indicio meo notabiliter ꝓbat hæc litera iuncta gl. ꝙ
a eligentes ſuſpenſum, nō ſunt priuati ptāte eligēdi, [a] licet electio ſit nulla. Rō: quia ſolū priuantur electores, quando in electo concurrit vnus de quatuor defectibus expreſsis in.c. cum in cunctis. ſ. eo. & ibi dixi: & per Io. An. in regula, odia. in mercu. de quorū numero non eſt iſte. Nam pōt eſſe ſuſpenſus ſine crimine: vt puta iniuſtè. Item crimen pōt eſſe occultum &c. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Pronuntiatus à Papa in prælatum, eſt verus prælatus: tamen nihil poteſt miniſtrare ante, quàm habeat literas Apoſtolicas.*
Scriptura non eſt de ſubſtantia gratiæ: ſed de ſubſtātia probationis.
2 *Electus ante confirmationem, non poteſt adminiſtrare, etiam quòd conſuetudo ſit in contrariū, quia non velet.*
3 *Electio nulla propter defectum ſcientiæ electi non confirmatur ex ſcientia ſuperuenienti.*
4 *Electus adminiſtrans ante confirmationem, an perdat ipſo facto ius, quod habet per electionem.*
5 *Ex: iſta dictio denotat cauſam immediatam.*
6 *Debitores ſoluentes non habenti adminiſtrationem, an liberentur.*
7 *Electus adminiſtrans ante confirmationem, ſi contulit alteri beneficia ſua, an caſſata electione irritetur collatio beneficiorum.*
8 *Electus & caſſatus, quia ante confirmationem adminiſtrauit, an poſſit denuo eligi, vel in illā, vel aliam eccleſiam.*

CAP. XVII.

QValiter. ¶ Si electus nō habet ſufficiētē ſciētiam, vel ante cōfirmationē adminiſtrat, eius electio caſſari debet. Primò ponitur deciſum exordium. Secundò factum ibi: *verum.* Tertiò electionis caſſatio, ibi: *ſufficienti.* ¶ Caſus literalis. Eccleſia Pennen. vacāte: canonici quendam in Epiſcopum elegerunt. Ille electus confirmatione nōdum habita, ſtatim cœpit adminiſtrare. electio iſta preſentata fuit domino Papæ, vt eam confirmaret. Papa examinato electionis proceſſu, inuenit quōd dictus electus adminiſtrauerat, nō habita confirmatione recipiendo à clericis & laicis iuramenta fidelitatis, non attendens: ꝙ nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur à domino tāquā Aaron. vnde Papa electionē de ipſo factā caſſauit. & quicquid ex ea, vel ob eam noſcitur eſſe ſecutum. Ber. No. j. ibi: *ante confirmationem.* quòd per ſolam confirmationem poteſt quis ſe ingerere adminiſtrationi prælaturæ. Vnde pondera, quòd litera iſta nihil dicit de inſtallatione prius fienda Facit ad ea, quæ dixi in.c. tranſmiſſam. ſ. eod. Hodie tamen per extrauag. Bonifa. quæ incipit: iniuncto. eſt prouiſum, ꝙ ante, quàm habeat literas Apoſtolicas ſuper ſua promotione non debet adminiſtrare: nec debet recipi ab eccleſia tanquam prælatus: aliâs recipientes & receptus incurrunt pœnam, de qua ibi.
1 ¶ † Ex quo infertur, quòd pronuntiatus per Papam, licet habeat nouum certiſsimum de pronuntiatione, non per hoc poteſt aliquid adminiſtrare de bonis prelaturæ: niſi prius habeat literas Apoſtolicas. & ita ſemel feci obſeruari. Nam quidam pronuntiatus vicinus curiæ, volebat poſt pronuntiationem conſtituere vicarium in eccleſia, quod facere non poterat. Dic tamen, ꝙ per pronuntiatiōem eſt verus prelatus: qa litera eſt de ſubſtātia ꝓbatiōis
b non aūt de ſubſtātia gratię [b] ſeu prouiſionis: [c]

¶ Adde pro iſta communi opi. ꝙ clauſula, rato &c. operatur tantū in fauorem ſeruantis pactum: vt ſubdit iſta gl. & Bar. poſt Gul. de cu. in. l. ij. & quod ibi ponit in apoſt. ad domi. Gul. C. de iure emphi. Bar. in. l. qui fidē. col. ij. ver. quæro quid ſi hoc caſu. & ibi Alex. ff. de tranſactio. eundē Bar. & Dy. in. l. cum pater. ¶. libertis. ver. vltimò glo. ſignat. ff. de leg. ſecundo. Et an faciat pœnā pluries cōmitti, vide omnino per Bal. in addi. ad Spec. in ti. de loca. col. v. ver. pœna. & quòd ſic.

SEB. SAPIA.

a ¶ Poteſtate eligēdi. Hoc verū eſt, ſi ue electus ſit ſuſpēſus à beneficio iuxta. c. per inquiſitionem cū glo. ij. e. ſiue ab officio: iuxta tex. in. c. cū dilectus. ſ. de conſuetu. no. in. c. cum bonæ. de æta. & qual. Et ad hæc quæ dicit Abb. hîc. vide firma. in præal. tracta. de Epiſcopo. in. j. parte ſecundi li. in. v. q. vbi declaquod dicit hîc: ꝙ ſuſpenſus pōt eligere, ꝓcedere, qñ eſt ſuſpenſus per ſententiā legis: nō ſi per ſnīam hōis: in gl. in. c. tanta. de exceſ. præla.

b ¶ Non autem de ſubſtantia gratiæ. Adde Ia. Rebuf. in l. prohibitum. nu. 1. & in apoſtil. ad eū. C. de decu. libr. x. vbi plenè examinat hunc articulum: & vtrum poſſit per teſtes ꝓbari, vbi ſcriptura requiritur per eūdē l. qnq;. nu. 1. & ibi etiam in apoſt. nu.

SEB. SAPIA.

c ¶ Seu prouiſionis. Vide latè per Fel. & Decium in rub. ſ. de conſtitu.

vt nota. per Ioan. Andræ. & Archid. in præ. Sexti, & per Bal. in l. humanũ. C. de le. vbi ſpecificè attingit hoc vltimũ dictũ. ¶ Not. ij. ibi:
a *irreuerenter*. vnã cauſam[a] quare exigitur cõfirmatio ad facultatẽ adminiſtrãdi. Nam primò ob reuerẽtiam ſuperioris. Secũdò pñt addi aliæ cauſæ, quas vide per glo. in c. auaritiæ j. eo. ti. li. vj. ¶ Tertiò no. quòd recipere iuramẽta fidelitatis & obedientiæ à ſubiectis, ptinet ad adminiſtratiõem eccleſiæ. Vnde hæc dũtaxat electus attentando videtur adminiſtraſſe. & p cõſequẽs incidit in pœnam, de qua hîc. Quid aũt ſi electus pmittit ſe inſtallari. i. poni in ſtallo Prælati, prout eſt moris quarũdã eccleſiarũ. Tenẽt hîc doc. cp per iſtum actũ tãtũ dum modò aliter non adminiſtraret, nõ incidit in
b pœnam. Tũ, quia p hũc actũ nõ adminiſtrat[b] bona prelaturæ: tamẽ, quia cõſuetudo excuſatar, in l. minimè. ff. de leg. ¶ † Non tñ intelligas cp cõſuetudo valeat, vt electus poſsit adminiſtrare ante confirmationẽ. Nã contrarium tenuit[c] ſ. eo. trãſmiſſam. & vide quod no. Ol. cõſil. cxlviij. vbi diſputat hunc articulũ. ¶ Not. & tene mẽti literã, ibi: *nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur à Deo*. Ex quo primò habes, cp Prælatura eſt honor. dic tamẽ, quòd principaliter non datur ppter honorẽ: ſed ppter onus: ſed in conſequẽtiã propter adminiſtrationem debetur prælato honor. de quo vide tex. & ibi plenè per Archi. viij. q. j. qui epiſcopatum. vide pulchrũ tex. Hieron. in. c. eſto ſubiectus. xcv. diſtĩ. Item ſecũdò collige quòd legitimè pmotus præſumitur vocatus à Deo ſicut Aaron. de quo vide. xxj. diſt. c. & Leuiti. c. xviij. Not. ibi: *donum ſcientiæ*. Et tene menti tex. quòd ſcientia dicitur donum Dei. Et not. ibi: *pontifici conueniens*. qualẽ ſcientiã debet habere Epiſcopus. Nã ſufficit, quòd habeat conuenientem põtifici. Et dicitur cõueniens illa, quæ ſufficit ad explendũ ea, quę ſibi ex officio incũbunt: vt dixi poſt Inn. ſ. eo. cum in cũctis licet enim in Epiſcopo deſyderetur eminens ſciẽtia: conueniens tamẽ toleratur: vt hîc. & j. eo. c. cum nobis. Quid aũt ſi promotus p Papã nõ habet cõueniẽtẽ ſcientiã? dic, vt dixi in d. c. cum in cũctis. ¶ † No. ibi: *poſtquã nobis præſentaſti eundem*. ar. ſecundũ quoſdã, cp ſufficit electum habere ſcientiã cõuenientẽ tempore, quo electio præſentatur ſuperiori. Quod ego non credo: quia ſi electus patitur defectum in ſcientia, electio eſt nulla: vt in. d. c. cum in cunctis. nõ autem põt conualeſcere ex idoneitate ſuperueniẽti: vt in. c. ſi eo tẽpore. de reſcri. lib. vj. Vnde illa verba, poſtquàm &c. refero adſequentia, & nõ ad præcedentia. ¶ † No. ibi: *irritandam*. cp adminiſtrans ante cõfirmationẽ nõ perdit ipſo facto ius ſibi quęſitum per electionẽ: ſed debet electio per ſententiam irritari. & hoc erat indubitatum tempore huius cap. ſed hodie dubitatur propter. c. auaritiæ. prealleg. Nã tex. ibi videtur velle, cp electio talis ſit irrita ipſo facto. Alij verò intelligunt iſtum text. procedere, quando electus adminiſtrauit aliquo quæſito colore: puta tanquã œconomus: ſecus ſi adminiſtrauerit, vt electus. Prima tamen opinio communior[d] & verior eſt: vt ibi nota. in gloſſ. & iſtud verbum, *irritanda*. quatenus refertur ad patientem defectum in ſcientia ſtat impropriè: quia electio talis eſt nulla: vt in dicto. c. cum incunctis. ſed quatenus refertur ad adminiſtrantem, ſtat propriè. ¶ † Vltimò no. ibi:
e *ex ea, vel ob eam*. differentiam eſſe inter ex,[e] & ob. Nam iſta dictio ex, denotat cauſam ppinquã: illa verò dictio ob. denotat cauſam remotam: vt no. Bar. in l. liberorum. col. iiij. de verb. ſigni. Et hũc puto intellectũ horum verborũ. Docto. tamen hîc aliter exponunt, vt illud verbum, ex ea: comprehendat cõiuncta: illud verbum, ob eam: cõprehendat remota. quod idem videtur in effectu cum præcedẽti. Vel verbum, ex ea: comprehendit ea, quæ electus fecit alijs. i. geſsit erga alios. verbũ, ob eam: comprehẽdit geſta per
6 alios erga electũ. ¶ † Ex hoc inferunt docto. quòd debitores prælaturæ ſoluentes iſti electo non confirmato, non ſunt liberati à debito, quo tenebantur eccleſię. quia irritantur omnia geſta virtute illius electionis. Sed tu intellige, niſi illi debitores fuiſſent obligati ex cõtractu inito cum electo: licet ſuper bonis eccleſiæ: quia iſti tunc ſunt obligati ratione cõtractus: vnde liberãtur ſoluendo cõ-
f trahenti ſecum.[f] Iſta notanter dicit Inno. in capitulo, in literis. de reſtit. ſpo. alleg. tex. opt. in l. ſi vrbana. ff. de condi. indebi. & ibi per
7 Bart. quod no. ¶ † Quid autem, ſi electus ingerens ſe adminiſtrationi Prælaturæ ante confirmationem contulit alicui beneficia, quæ prius ipſe habebat alicubi: nunquid caſſata ſua electione, ſic repulſus, à prælatura poſsit repetere illa priora beneficia? Cõpo. hîc dicit, cp ſic: quia non tenuit illa collatio ex defectu poteſtatis. Item quia hîc irritantur omnia geſta per electum. Secus dicit, ſi cõtuliſſet illa beneficia poſt confirmationem: quia tunc licet confirmatio caſſetur ob aliquam cauſam: non tamen debet caſſari collatio: vel alia geſta per iſtum electum & confirmatum: quia ratione duplicis officij, ex quo tolerabatur in eo, debẽt omnia geſta valere licet propter aliquem actum intrinſecum nunc annulletur titulus vel appareat nullus: per. l. Barbarius. ff. de officio Præto. & per id quod no. Inno. in c. nihil j. eo. facit. c. ad probandum. de reiudi. Et cum iſto dicto trenſeunt communiter ſcribentes hîc, præter Gaſ. de Cal. qui tenuit cõtrarium quo ad vtrunq; dictum reſpectu collationis beneficiorum. Dicit enim quo ad primum, cp ex quo iniuſtè & temerè contulit beneficia ſua ante, quàm eſſet confirmatus: non debet poſſe illa repetere: quia fuit in culpa cõferendo: & tunc in reuocando allegaret turpitudinem ſuam. Nõ ob. iſte text. Nam debet intelligi de reuocatione illorum, quæ non tendunt ad vtilitatem ipſius reuocantis. & certè prima fronte videtur bona cõſyderatio. tamẽ ego dicerẽ ſic, quòd ſuperior poteſt illam collationem habere ratam in odium iſtius: ex quo iniuſtè & temerè illam reſignauit. arg. in c. quod in dubijs. de ranũ. Sed ante, quàm ſuperior in pœnam ipſius, habeat hoc ratum: poterit repetere illa beneficia: quia non potuit illa reſignare. Vnde poteſt allegare nullitatẽ prouenientem ex perſona agentis: iuxta ea, quæ dixi in capi. noſti. ſ. eod. niſi poſtquã incœpit adminiſtrare, eſſet lapſum tempus trium menſium præfixum conſecrationi: quia tunc puto, quòd beneficia ſua vacent ipſo facto: ſicut vacarent in electo & confirmato. ne ſit melioris conditionis ſtultus, quàm ſapiens. argu. optimum in capitulo eum, qui. de præben. libro. vj. In ſecundo caſu, quando contulit poſt confirmationem, tenet Gaſpar, quòd illa collatio debet reuocari: quia iuſtè putabat conferre. Quod mihi placet: dum modò ſit in probabili errore. argumentum optimum in cap. ſi be
8 neficia. de præben. libro. vj. ¶ † An autem iſte, cuius electio fuit caſſata: quia adminiſtrauit ante tempus, poſsit denuo eligi in eadem, vel alia eccleſia? tenet Archidia. in dicto capitulo auaritiæ. quòd non: quia electio fuit caſſata vitio perſonæ: ideò obſtat ſibi capitulum ſuper eo. ſuprà eodem. quod bene notabis. ¶ Et no. iſtud contra iſtos, qui ex potentia Principis ſecularis ingerunt ſe in adminiſtratione ſola electione pæcedente. Iſti enim efficiuntur ineligibiles: vt in capitulo quiſquis. infrà eodem. & in dicto capitulo, ſuper eo. Et puto firmiter, quòd ſi Papa ignorans illum ſe intruſiſſe promoueat eum ad prælaturam: quòd talis promotio eſt ſurreptitia: nec habet titulum verum prælaturæ: quia requiritur diſpenſatio, vt promoueatur: quam Papa non fecit, nec expreſsè, nec tacitè: cum ille ipſe ignoraret vitium intruſionis

a ¶ Vnam cauſam. Adde aliàs p Old. conſi. cxcj.

b ¶ Nõ adminiſtrat. Adde, cp nec bene dicẽdo populum, & dimittendo ſe portari ad altare: vt voluit Old. conſi. ccxlvj.

c ¶ Tenui. Aduerte quia. d. Abb. p expreſſum tenet illud idẽ, qd' tenet hîc, in. d. c. trãſmiſſam. in ver. tertio caſu. vbi alle. rationẽ, quare non vale at talis cõſuetudo vide ibi. Aenæas fal.

d ¶ Cõmunior. Adde Old. alle. conſi. cxcj.

ZACHARIAS. ¶ Adde quæ dicã j. eo. in apo. ad. c. nihil. in ver. adminiſtrare. numer. x. vbi plenè Deo duce examinabo: an & qñ poſsit electus añ cõfirmationem adminiſtrare.

e ¶ Ex. adde Ol. cõſil. xlix. ¶ Adde Bart. in l. nõ dubium. in vlt. col. C. de leg. & ibi Iaſ. pulchrè in. ix. no. Aenæas falco.

SEB. SAPIA.

f ¶ Contrahenti ſecum. Vide Bal. in l. ij. colũ. xvj. verſi. Iiij. q de ſexto pũcto. C. de ſerui. & aqua. Io. de Imol. in. c. nihil. circa medium. in gl. in verbo adminiſtrent. j. eodem.

intrusionis. quod bene no. & per hoc sunt declaratæ glo. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta, eis non expectatis.* II.
2 *Decanus non dicitur de capitulo, nisi sit canonicus: vel nisi sit consuetudo.*
2 *Capitulum potest canonicos absentes requirere ad eligendum. Sed an valeat consuetudo, quòd debeant expectari absentes. vide. 4. 8.*
5 *Consuetudo onerosa non extenditur de loco ad locum: neque de persona in personam.*
6 *Persona in quam concurrunt duæ diuersæ potestates, non adstringitur illas vnico actu expedire: vide infrà eo. in. c. cum inter canonicos. 9.*
7 *Papa vacante regno, in quo habet proprietatem ipse succedit, & succedit in iure vasalli rebellis: vel scismatici.*
Absentes, in quibus actibus sunt vocandi.
Casus exceptus à regula, extenditur ex paritate rationis.
Ratio, si non potest reddi, nisi vna: illa habetur pro expressa.
9 *Consuetudo inferens præiudicium ecclesiæ, non valet etiam iurata.*
10 *Vocatus ad aliquem actum, & propter contemptum non veniens, est vltrius vocandus.*
12 *Gratia semel concessa, non potest amplius reuocari, si est alteri ius quæsitũ.*
13 *Vocatus & non expectatus vtrum agat ad interesse.*

CAP. XVIII.

1 CVm inter vniuersas. ¶ † Legit duobus modis. secũdum primũ intellectum hoc intendit. Qui vocant ad electionẽ canonicum nõ vocãdum, illum expectare tenentur: nisi per Papã absoluantur: vel periculũ sit in mora. h. d. secundũ intellectũ gl. secũdum aliã lec. cõmunem hoc intẽdit. *Si* vocãtur ad electionẽ non vocandi, valet electio facta eis nõ expectatis. & duæ sunt partes principales. In prima decisè ponit supplicationẽ capituli, quam iustificat. Secũda cãm reddẽs, illã admittit, & capitulũ instruit. ibi: *quia verò*. ¶ Casus literalis. Archiepiscopus Capuanus apud Panormũ diẽ clausit extremũ. Decanus & quidã alij cum Archiepiscopo apud Panormũ manẽtes, intimauerũt capitulo Capuano de morte sui pastoris, mandantes capitulo, vt sine ipsis ad electionẽ nõ procederẽt pastoris. Capitulũ hoc intellecto, miserũt nuntiũ suũ Decano & alijs, qui erãt Panor. xij. dierũ terminũ assignãtes eisdẽ, intra quem post receptionẽ literarũ iter arriperẽt redeũdi. Papa rescribit, quãuis ecclesiastica consuetudo nõ exigat, vt canonici tã remoti ad electionẽ pastoris vocẽtur: & illi p̃cipuè, q̃ mortẽ pastoris an̄, q̃ capitu. p̃sciuerũt & hoc totũ figi ficauit capitulũ Capuanũ dño Papæ: & ipse sup hoc rescribit. capitulo dicẽs: qa verò mora p̃iculosa est in electiõib⁹, & sæpe dãnosa mãdat Papa capitulo Capuano: vt inuocata spirituũsanti grã, p̃sonã idoneã p̃ electionẽ canonicã sibi p̃uideãt in pastorẽ: trãsmittẽtes ad sedẽ Apostolicã nũtios p̃ quos vice Regia petãt assensum, &
2 gratiã cõfirmatiõis Ap̃licæ req̃rãt. B. ¶ † Not. j. ibi: *ad decanum.*[2]
a iũcta gl. j. ar. q̃ Decanus est de capitulo, q̃ ego puto verũ, si aliãs canonicus est: vel hoc aliãs habet cõsuetudo. Aliãs em̄ soli canonici faciũt capitulũ. vt in. c. innotuit. &. c. q̃to. de his q̃ fiũt à p̃la. not. in
3 c. j. s̃. e. & in. c. ij j̃. de in. &. c. cũ olim. de re iu. ¶ † No. secũdò, q̃ capitulũ põt absentes canonicos admonere & req̃rere, vt in termino debeãt cõparere ad eligẽdũ. Põt ergo capitulũ abbreuiare terminũ iuris præfigendo terminũ, p̃ut sibi videt: & si canonici sunt discordes, stat̃ maiori parti: vt no. j̃. c. p̃xi. & facit. c. j. de his, quę fiunt à maior. par. c. ¶ † No. iij. ibi: *quãuis ecclesiastica consuetudo non*
4 *exigat.* ar. quòd sup vocationẽ canonicorũ absentiũ stãdum est cõsuetudini. & videt hæc litera probare quòd canonici vocentur de loco remoto. In contrarium tamen facit tex. in ver. quia verò. vbi dicit̃, q̃ mora in electiõe est valde suspecta & sæpe damnosa. ergo nõ deberet valere cõsuetudo: cũ sit ecclesiæ grauosa: vel possit esse dãnosa. ar. c. j. de cõsu. Illud certũ est, q̃ valeat cõsuetudo, vt absentes canonici vocẽtur. De quo vide tex. iũcta gl. quã tenebis menti in. c. cũ in ecclesijs. de præbẽ. li. vj. Sed an valeat cõsuetudo, vt valb de remoti vocẽtur, posset dubitari p̃pter p̃dicta: putarẽ, [b] q̃ vbi absentes possent vocari & electio fieri intra terminũ iuris. de quo

a ¶ Decanũ. Adde Fede. consi. c. vbi dicit simpliciter, q̃ decanus est de capi. ZACHARIAS. ¶ Adde Car. in. c. ad hæc. de off. Arc. Et dic, q̃ Decan⁹ in ciuitate habet nõ tãtùm vocem in capitulo: sed primum locum, & in choro similiter: vt per Rotam dec. ccccxlviij. in. fuit dubitatum. &c. in nouis. Et quis dicatur Decanus. vide Arch. in. c. in capite. l. distin.

in. c. ne p̃ defectu j̃. e. q̃ tũc valet cõsuetudo: qa nõ põt dici dãnosa ecclesiæ ex quo nõ excedit terminus iuris: aliãs autẽ secus. ¶ Not. ibi: *vice regia.* q̃ sereniss. imus Rex præstat assensũ electioni factæ de Põtifice. & sic nõ expectat̃ prius cõfirmatio, quã petatur assensus: licet aliud senserit Inn. s̃. eo. c. cũ terra. Quare aũt petitur iste assensus Regius: dãt doc. tres sol. Prima, q̃ fortè ista ecclesia habebat feudũ à Rege. & videtur mirãda hæc solutio: q̃ ratione feudi debeat requiri assensus dñi post electionẽ prælati: iure tamẽ nõ p̃batur quod meminerim. Se cũda sol. q̃ fortè Rex erat patronus illius ecclesiæ Capu anæ. & hæc sol. est vera in se. & p̃batur in ca. nobis j̃. de iurepatronatus. Tertia sol. q̃ fortè hoc habebat cõsuetudo. simile in
c præalle. c. cũ terra. in fi. & j̃. eod. quod sicut. Ex quo no. q̃ põt induci ex cõsuetudine, [c] vt consensus Regius petatur post electionẽ factã per capitulũ ante confirmationẽ. Vide etiã Inn. in
d d. c. quod sicut. vbi dixi valere cõsuetudinẽ, vt nuncietur[d] prius principi mors prælati, & petatur licẽtia eligẽdi futurũ successorẽ. Quo casu posset probabiliter dubitari, nũquid Papa, qui hodie prouidet ecclesijs cathedralibus & regularibus teneatur prius requirere consensum Principis in illis locis, in quibus erat dicta consuetudo. Nã cũ prouisio Papæ habeat vim electionis & cõfirmatiõis, videtur q̃ teneatur requirere, sicut tenebatur ipsum capitulũ. In cõtrariũ facit: quia Papa p̃uidet iure suo
5 & nõ vice capit. ar. in. c. ij. de præ. li. vj. † Ergo cõsuetudo grauosa inducta cõtra capitulũ, nõ debet extendi ad Papã: quia consuetudo onerosa non debet extendi de loco ad locũ: vel de persona ad personã: vt no. dixit Inn. in. c. fi. de
6 off. Arch. & hanc partẽ putoveriorẽ. ¶ † Vltimò no. in fi. quòd vbi duo iura diuersa cõcurrunt in eadem persona: non adstringitur illa persona illa iura simul vnire & vnico actu illa expedire. sed potest procedere separatè iure diuersarũ personarum. Hoc colligitur hic in eo, quòd dicit Papa quôd capitulũ debet prius petere à Papa assensum vice Regia, & post modum confirmationẽ electionis. Vnde noluit confirmãdo vtrunq̃ actum expedire: sed voluit procedere seorsum, ac si in duabus personis ista iura coucurrerẽt. Facit quod dixi in
c. cum in cunctis. §. fi. s̃. eo. & quod not. gl. in. c.
7 vt circa. eo. li. vj. ¶ † Sed quæritur quare Papa succesit loco Regis? datur multiplex respõsio. Primò, quòd fortè vacabat regnum Apuliæ: & sic Papa succedit in iuribus regni, sicut succedit vacãte imperio: vt in. c. licet ex susceptо. de foro competen. Non tamen hoc intelligas in quolibet regno: vt eo vacante succedat Papa: sed dic, vt in dicto capitulo licet. Sed dictum illud procedit in regno, cuius proprietas pertinet ad ecclesiam: vt est re-

¶ Tu dic esse singula. in ordine nu. cclxxxviij. quod incipit, cle. cum terra. de elect. Pro quo adde, quod nota. in apostil. ad istum in capitulo, constitutus. apostli. fi. vbi alleg. etiam hoc singu. Ro. & quod ibi post alios addidi s̃. de rescriptis.

Anto. Francis.
¶ Circa hoc de decano: dicas, quòd Decanus dicitur esse nedum de capitulo, sed honorabilior de capitulo: vt in cap. post electionem. de concess. præben. & habetur per glo. in. c. cum inter vniuersas. de electione.
¶ Et adde quòd Decanus dicitur, qui præest decem clericis: vt p̃. Arch. in. c. ij. capite. l. distin. Decanus etiã dicitur Archipresbyter: vt in. d. c. in capite. & habetur per glo. in. c. perlectis. xlv. distin. & not. in. c. j. l x. distĩ. Et decanatus si sit in ciuitate, est dignitas: & habet iurisdictiõem & primum locũ in choro & capitu. vt in decre. hîc allega. quòd autem sit officium Decani: & an teneatur ad residentiam: vide gl. quæ tenet, q̃d sic. in cap. ex parte. el j. de cleri. non resi & habetur per Io. And. in commento. ca. cum in iure. de officio de lega. Quod autem sit officium Decani ruralis: & an dicatur vicarius foraneus Episcopi: vide glo. in cle. ij. de rescript. & habetur per Archi. & doc. & per do. Car. latè in. c. ad hæc. de off. Archi.

b ¶ Putarem. Adde Old. consi. cclix.

SEB. SAPIA.

c ¶ Ex consuetudine. Vide Inno. & Abb. colũ. ij. in fi. ca. quod sicut. j. eo. & dominum meum do. Rochum Curtium in repet. c. fi. colũ. lxxx. versi. limita modo. s̃. de consuetu.

d ¶ Nuntietur. Ad de Lud. Ro. in sin. suis so. xiiij.

ZACHARIAS.

a SEB. SAPIA. ¶ Adminiſtrationẽ. Vide tñ tex.in.c.alius.xv.qõ.vj. vbi dicitur, quòd Rex inutilis debet depõi. gl.tñ intelligit inutilis. ſ. effœminatus. vide Bal.in.l.reſcripta.C. de preci.Impera.off.dicit Bal.in.j.cõſti.ff.veteris.& Alb.de Roſ.in.l.bene à zenone.C.de quad.præſcri.ꝙ licet ſubditi ꝓpter iniuſtitias, quas facit Rex non poſsint ipſum expellere, põt tñ impator. gnũ Apuliæ. ¶ Secũdò poteſt intelligi, quòd Rex erat rebellis, vel ſciſmaticus. Ex quo not. quòd Papa ſuccedit, & poteſt exercere iura regia, quando Rex vaſallus eccleſiæ, eſt rebellis vel ſciſmaticus. Vel ſecũdũ Vincen. fortè erat paruulus. Ex quo infert, quòd vaſallo exiſtente paruulo dominus habet adminiſtratio nem. [a] Quod tamẽ non putat verũ: nã tunc debet tutor adminiſtrare. ar.c.ex ratione. de æta te & qualitate & hoc putoverius. Facit quod legitur & no.in.c.grãdi. de ſupplen.negli. Præla.lib.vj.& in.c.nobis de iure patro. ¶ In glo. ij. in fi. dic, quòd etiã præſuppoſito, ꝙ iſti fuiſſent in loco, vnde eſſent vocandi: nihilominus in eorũ abſentia poterat capitulũ aliquos nominare, capiẽdo nominationẽ propriè. Quia per nominationẽ non acquiritur ius nomina to: vt in. c. quod ſicut j̃.e. Et ad iſtũ tex. reſpon dent docto. ꝙ nominare accipitur hîc pro eligere, vel ꝓ nominatiõe ſolẽni: quãdo ſcilicet capitulũ nominat duos, vel plures Papæ: & petit, vt Papa de eorũ altero prouideat: vt dixi in.c.bonæ.j.ſ.ti.proxi. ¶ † In gl. in ver. *remoti*. in fi. facit hæc gl. in effectu tres cõcluſiões. Prima quòd abſentes regulariter nõ ſunt vocãdi. Fallit in actu electionis. Secũda, ꝙ an remoto loco ſint vocandi abſentes in actu electionis, ſtandũ eſt cõſuetudini. Tertia, quòd in alijs actibus ab electiõe præſentes in eccleſia cõſtituunt totã vniuerſitatẽ: dummõ duæ partes ſint præſentes. ¶ Quo ad primã cõcluſionẽ, vide gl. pleniorẽ, quæ cõiter ſolet allegari in.c.ij. de teſti. lib.vj. Quæ dicit, ꝙ in tribus caſibus vocãtur abſentes [b] .ſ. in actu electiõis: vt hîc, & j̃.c. ꝓpter. In ceſſatiõe [c] à diuinis: vt in.c. ſi canonici. de offi.ordi. li.vj. & in collatiõe præbendarũ: vt in.c.cũ in eccleſijs. de præben. eo. li. In alijs aũt dic abſentes nõ eſſe vocãdos. Et dicũ tur abſentes, qui nõ faciũt reſidentiã in loco, vbi eſt eccleſia: vt in.c. *ea* *eñ. §. hoc ius porre ctum. x.q.ij. Dum dicit ibidẽ ſeruiẽtium. &c. ¶ Exiſtẽtes ergo in caſtris nõ ſunt vocãdi. & dic dictũ illius glo. procedere regulariter. Sed vbi occurreret caſus ponderoſus ſimilis alicui illorũ triũ, deberent abſentes vocari: quia non apparet ratio, quare in illis tribus ſint vocãdi: niſi propter grauitatẽ præiudicij & põderoſitatẽ facti. Ergo in conſimilibus deberent abſentes vocari: quia caſus exceptus à regula extẽditur propter idẽtitatẽ rationis: vt eſt text. bo. & menti tenẽdus, in.d.c.cũ dilecta. de confir. vti. vel inuti. & glo. in.l.j. C. de cõd. indebi. Et quãquã iſta iura nõ exprimant rationẽ quare in prædictis trib⁹ caſibus vocãtur abſentes tñ qñ nõ põt cõiecturari, niſi vnica rõ & naturalis: debet fieri extẽſio ſecũdũ rõnẽ cõiectura tã: [d] vt voluit Cy. in.l.nõ dubiũ. C. de le. & Bal. in.l.maximũ vitiũ. C. de li. prẽte. ſed alia rõ preter prędictã cõiecturari nõ põt. Et hoc dictũ ſentit Inn. in.c.ij. de no. ope. nũ. vbi ſentit, ꝙ in factis arduis debẽt vocari abſentes. & maximè cõſiderãdũ eſt præiudiciũ abſentiũ. Itẽ puto, ꝙ vbi aliq ſunt abſentes ſine eorũ culpa: vt qa ſunt exules, vel timẽt potẽtiã Tyrãni, & tunc iſti ſunt vocãdi, vt ſaltẽ conſtituãt ꝓcuratorẽ. Hoc ſentit Inn. in.d.c.ij. & Bar. in.l.oẽs populi. ff. de iuſt. & iu. optimè facit tex. in.c.quãto. lxiij. diſt. qui ſic põt intelligi: vt ibi no. & in. c. 9 bonæ j̃.eo. ¶ † Ad ſecũdã concluſionẽ gl. vide gl. in.c.corã j̃.eo. & limita prout ſ. dixi in not. Valet enim cõſuetudo, vt abſentes nõ vocẽtur vt prædixi: valet etiã vt vocẽtur, dũmodò poſ e ſint vocari ſine magno præiudicio eccleſiæ. [e] Nã imminẽte magno præiudicio eccleſiæ, nõ eſt ſeruanda cõſuetudo, etiam iurata: vt eſt gl. no. xj. diſtĩ. c. in his. Optimè facit tex. in.l.j. de his, quæ fi. à maio. par, c. facit quod no. Inn. in c. accedentibus. de priui. Quo ad tertiã & vlt. cõcluſionẽ gl. dic, ꝙ regulariter ſufficiunt ſeruiẽtes in eccleſia ad expediẽdũ ea, quæ incunbunt capitulo. Et ſufficit quòd ſentiat maior pars capituli: vt eſt tex. no. quem tenebis mẽti in. §. præalle. hoc ius porrectũ. Requiritur tamẽ ad hoc, vt actus nõ poſsit aliquo modo impugnari: vt oẽs deſeruiẽtes vocẽtur ad capitulũ. Nã ſi aliquis nõ vocaretur, poſſet agere de cõtẽptu: vt in.c.bonę. el. ij j̃.eo. Et licet loquatur electiõe: idẽ puto in alijs actibus capitularibus. facit qd̃ not. Imo. in.d.c.ij. de no. oper. nun. & in.c.j. de his quæ fi. à maio. par. ca. Tñ ad hoc, vt actus valeat, req̃ritur neceſſariò, ꝙ f duæ partes [f] reſidentiũ ſint præſentes: qa potẽtiæ capitulares reſidẽt in duabus partibus: licet valeat, quod facit maior pars illarũ duarũ partiũ: qa maior pars capituli cẽſetur hoc facere. Sic reducũtur ad cõcordiã iura, quę vidẽtur contraria. Nã quidã requirũt duas partes: vt in.l.nulli. & in.l.planè. ff. quod cuiuſq; vni. Quidã requirũt maiorẽ partẽ: vt in.l. qd̃ maior. ff. ad muni. & in.c.j. de his, quę fi. à ma. par. c. & de hoc ꝓ gl. in.d.l.nulli. Hoc limita. vt dicã in.c. in cauſis j̃.e. Abſentes enim qui nõ ſunt vocãdi, non cõputanꝰ in numero duarũ partium: vt no. glo. in cleri. quod circa. de electio. Idem puto de vocatis per habentem poteſtatem, & cõtemnentibus venire: quia faciunt ſe alienos: vt j̃.eo.c.proxi. & no. in. d. cle. quocirca. In his tamen alia regulam ponunt Legiſtæ f communiter: vt dixi in.ca cum omnes. de cõſti. & aliquid dicam in.d.c. in cauſis. ſed hæc vi 10 dentur iuri canonico conſentanea. ¶ † In glo. in verbo. *cognouerunt*. in fin. & hanc concluſionem gl. quòd ſint vocandi, tenent hic communiter doct. Non ob. iura prius allega. quia quandoq; requiritur intimatio ad fi. ſimplicis ſcientiæ: & tunc procedunt illa iura: quia certus nõ debet certiorari: vt in regula. eum, qui certus. de reg. iur. lib. vj. Quãdoq; requiritur intimatio ad alium effectum, quàm propter ſimplicem ſcientiam habendam: & tunc procedit concluſ. gl. vt no. in.c.fi. de emp. & ven. per Bar. in.l.emptor. C. de euic. & in.l. denuntiaſſe. ff. de adul. In caſu autem noſtro debent abſentes vocari non ſolùm, vt ſciãt mortem prę lati: ſed vt ſciãt diem electionis fiendæ. Vnde dicunt doc. ꝙ ſi aliquid interfuiſſent aſſignationi diei: vel fuiſſent vocati ad aſſignandum diẽ, & cõtẽpſiſſent venire, nõ eſſent ampli⁹ vocandi

fia patiatur detrimentum: vt no. Inno. poſt Hoſt. in.c.cum nobis. in.ij.col. in ver. reuocare. de ele. & habetur per Bal. in marga. ſuper Inn. in ver. abſens. in ver. ſecundo.

¶ Et adde, ꝙ abſentes non cõputãtur in numero eligentiũ, etiã ſi ratificarẽt vt per Inno. in.c. in Geneſi. in vlti. co. & in.c. quod ſicut. de ele. & habetur ꝓ gl. in.c. cũ in eccleſijs. in ver. faciẽda. de præben. in.vj.

¶ Et qs dicat eſſe abſens. Dicas, ꝙ ille, q tãtũ diſtat, vt verba loquẽtis audire non poſsit: vt in.l. abſentẽ. & ibi gl. & doc. ff. dever. ſig. & in.l. pẽſens. ff. de ꝓcur. & j̃ habẽt in auẽ. de fideiu. in prin. & ꝓ gl. & do. in.l.fi. C. de præſc. lõ. tẽ. & per gl. & doc. in.l.ij. in. §. fin. in ver. abſens. ff. ſolu. ma. & in.l. hęres abſens in prin. ff. de iu. & per Bar. in l.ij. in fin. col. ff. de duo. re. & in.l. pe. in. §. ad crimen. in vij. col. ff. de pub. iu. & per Bal. in.l. fin. in. §. vbi aũt. C. de bo. quæ li. & ꝓ Ale. in.d.l. pñs. de procu. tamẽ gl. in l. ſi ideo. in. §. fi. in ver. abſit. ff. de eui ctio. dicit, ꝙ ille q eſt extra continentiã vrbis dicitur eſſe remotus & abſens. per.l. ſi abſentẽ. ff. de ver. ob. & vide Spe. in tit. de præſcri. in ver. qñ aliquis. & eundem in ti. de iu. dele. in §. v. in princi. & in ti. de cita. in. §. j. in prĩ. vbi plenè examinat, quãdo quis dicat eſſe in loco remoto. de quo ẽt vide ꝓ do. Card. in cle. cãm. in. §. j. in. j. q. de elect.

¶ Duę partes. Ad de Lapũ al. cxxxj. Ro. cõſi. ccclij.

SEB. SAPIA.

b ¶ Abſentes. vide per Alb. in prima parte ſtatutorum. char. clxiiij. latè ꝓ Fel. in.c. cũ omnes col. xiiij. in ver. ea dẽ gl. ſ. de cõſtitu.

c ¶ In ceſſatiõe. Ad de Ol. cõſil. cclix. a

SEB. SAPIA.

d ¶ Conjecturatam. Vide gl. in. l. eam quã. vbi do. multũ extollunt. C. de fideicõ. ſed ꝙ in dubio præſumantur ppũares rõnes, tenet Sal. in.l. ſerui. veſtri. C. de noxal. & Bar. in.l. liberorum. colũ. vij. ff. de ver. ſig.

ZACHARIAS.

e ¶ Sine magno prę iudicio eccle. Adde inquãtum dicit abſentes eſſe vocã 8 dos ad electiõem: adde à quã remoto loco ſunt citãdi iſtũ in.c.cum inter vniuerſas. colũ. j. ver. no. iij. ſecundũ quẽ valet cõſuetudo, ꝙ à valde remoto loco citẽtur canonici, vel religioſi ad electonem: ſi mõ poſsit electio b fieri intra terminũ c iuris: qa tũc nõ prę ſumit talis conſuetudo eſſe dãnoſa eccleſiæ: ex quo non exceditur terminus iuris: aliâs ſecus. Pro quo eſt gl. in pra. ſan. in. §. cũ humanę in. ver. die præfixo. eo. ti. gl. Bart. & Ang. in auẽ. de alie. & em. §. qcũq;. colla. ix. Arc. & d. Car. Alexã. in.c. quãto. lxxiij. diſt. Fel. in.c. cũ oẽs. col. ij. in fin. cũ duabus ſequẽ. ſ. de conſti. Bart. Io. de pla. Lucã. de Penna. & Ia. Reb. in.l. quoties. & ibi in apoſt. ad. d. Reb. C. de legatio. li. x. Anto. Franciſ.

¶ Adde, ꝙ quãdo d citat abſens ad eligẽdũ, nõ eſt expectãdus per totã dilationẽ legalẽ: ſed per modicũ tẽpus & tanto tpe, quòd veriſimiliter poſſit venire: ne eccle

candi:aliâs aut deberẽt vocari,etiam si scirent diem assignatam:se cundum doct. ¶ Sed ego dubito de hoc vltimo:quia ex quo sciũt vacationẽ ecclesiæ:&diem assignatã ad electionẽ fiendã,nõ video ad quẽ effectum debeat fieri vocatio.Nisi dicas,quòd possint age re de contẽptu,ex quo fecerũt deliberationẽ sine requisitione, & vocatione absentiũ. ¶ In gl.in ver. *reuersi.* in fi. Solue hoc contra rium:quia ex quo aliqui venerũt,præsumptio est,ꝙ alij existentes in eodẽ loco,potuissent venire.ar.in.c.cũ dilecti. de do. & contu. Posset tamẽ probari cõtrariũ propter diuersas qualitates concur rentes in diuersis personis.Nam põt esse,ꝙ venientes erant iuue-
11 nes & sani:alij verò senes,& multum debiles. ¶ † In gl.pe.in fi.no. istã.q.gl.quia facit ad multa. Doc.hîc communiter tenẽt opi. Io.
a an.vt non sit necesse expectare vocatos,non vocandos.[a] Quia nul lo iure cauetur,ꝙ talis electio facta illis nõ expectatis,sit cassanda Non enim possunt dicere se cõtemptos, ex quo de iure non erant vocandi.Fatendum est tamen,ꝙ poterant agere ad interesse: si ex hoc pasi sunt aliquod dãnũ.Puta,quia rõne vocationis conduxe-runt equos,& alias expẽsas fecerunt.Sic in simili põt reuocari mã datum manente actione mãdati ad interesse:vt in.l. si præcedente ff.man. Item absentes remoti nõ sunt vocandi in fauorẽ ecclesiæ: vt hîc.ergo nõ poterant præsentes huic fauori ecclesiæ renũtiare. arg.in.c.si diligenti.de foro cõpe.& eorũ quæ no.Inn.in.c. accedẽ
12 tibus.de priuil. ¶ † Nec ob.si dicatur, ꝙ gratia semel cõcessa, non põt reuocari:vt in.c.vnico.de cõmo.quia illud procedit,quãdo iã ius est quæsitum alteri:sed in casu nostro duplex ius competebat præsentibus.Primum,quia nõ tenebãtur vocare.Secũdum,quòd nõ tenebãtur expectare.quanuis ergo renuntiauerint primo iuri, non per hoc alteri fuit renuntiatum:vt in capi.ex tuarum. de vsu. pal.Prætereà hîc non fuit concessio gratiæ facta: licet simplici-ter vocauerint absentes,vt venirent. vnde nullo iure tenebantur
13 expectare. ¶ † Et faciunt hæc ad quæstionem: nunquid inuitãs aliquem ad prandium,teneatur ex necessitate prandium exhi-bere:ex quo inuitus acceptauit? Aliqui sentiũt,ꝙ sic,in.c.fi. de re-nun. Aliud sentit Io.And.s.in prœm.in.c.Rex pacificus.super ver bo,fratrem Raymundum.ibi enim sentit,quòd põt agi cõtra inui tãtem de dolo ad interesse.ar.in.l.sed actio.ff.si quis cau.Quasi sen tiat,ꝙ si non põt prætendere aliquod interesse:puta,quia propter hoc nõ fecit maiorẽ morã in loco,vel quid simile.& hoc satis pos set procedere de iure ciuili iudicio meo,ex quo non interuenit ibi stipulatio:quia ex simplici pollicitatione non agitur de iure ciuili ff.de pollici.in.l.j.&.ij.Nec etiã ex pacto nudo:vt in.l. iurisgentiũ ff.de pac.Sed de iure canonico posset satis dubitari,&vbi interue nisset pactũ, recurrẽdum esset ad.c.j.de pactis.Sed in simplici pol licitatione esset magis dubitandum:&pollicitatio differt à pacto: quia pollicitatio est vniꝰ:cũ sine pacto promitto tibi aliqd. Pactũ verò est duorũ:vt in.l.pactũ.de pol.no.gl.in cle.Romani. de iure iu.Vnde ex simplici pollicitatiõe nõ credo,quòd posit alius age-re pro interesse suo:quia.c.j.loquitur de pacto:sed peccat retroce
b dẽs.[b] iuxta illud Psal.Quę procedũt de labijs meis,non faciam irri ta.An aũt debeat mitti hora prandij pro inuitatis? dic prout not. Ioan.An.& Cal.in.c.fi. de renuntia. & Cal. consuluit vxorem suã super isto:quæ respondit satis æquè,quòd pro mulieribus & forẽ sibus debet mitti,quæ non libenter se ingerunt:sed pro alijs non: nisi essent graues personæ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta post appellationem extraiudicialem:an sit ipso iure nulla.*
2.7.8.
3 *Vocati nolentes comparere faciunt se alienos ab illo actu:nec computantur in numero interuenientium in capitulo.*
4 *Concorditer dicitur fieri:licet illi,qui contempserunt venire, cõtradicant.*
5 *Excipiens debet probare exceptiones suas.*
6 *Appellatione iuris,veniunt consuetudo & statuta.*
7 *Appellans in vno articulo,suspendit totam causam.*
9 *Congregare capitulum,vel collegium,ad quem spectat.*
Terminus præfixus capitulo ad eligendum:an possit restringi.
10 *Collegium,si est congregatum:& postea aliqui discesserunt,vtrum remanentes possint explere ea,quæ occurrunt.*
Paria sunt non venire & venire,& non stare vsque ad finem.

Citatio vna sufficit pro istis extraiudicialibus.
Citatus ad aliquem actum,an debeat venire demane,an de sero:vel qua hora?

CAP. XIX.

c CVm nobis. [c] ¶ Non debet inspici, an post appellationem,sed an contra fuerit electio celebrata. hoc primò.Et penes vocantes,quibus cõpetit vocandi potestas remanet ius eligendi,si vocati venire contemnunt.hoc secundò. Et ad officium cõfirmatoris spectat examinare electum, etiã nemine opponente.Et nisi electus doceatus legitimæ ætatis &literaturæ,habetur pro non legitimè electo.hoc tertiò.Diuiditur.nã primò ponitur allegatio cõtra electum. secundò ibi: *sed contra.* allegatio pro electo. Tertiò ibi: *his igitur.* ipsius examinatio. Quartò ibi: *nos.* procurationis commissio. ¶ Casus literalis.Recepto â capitulo Capuano mãdato prę dicto,canonici cõuenerunt in capitulo ad tra ctandum de electione pastoris. Archi.cũ quibusdam socijs appellauit,ne fieret electio:nisi canonica,secundum tenorem mandati Apostolici & statim recessit.Alij,qui remanserant in capitulo Archi.& alios ad capitulum reuocauerũt,vt secundũ mãdati Apostolici tenorem procederent ad electionem: & cum ipsi nolent redire credentes potestatem eligendi ad se deuolutam fuisse:quidam subdiaconum domini Papæ in Archiepiscopum elegerunt. Causa ista ad dominum Papam est delata.Papa auditis allegationibus vtriusꝙ partis super hoc rescribit capitulo Capuano dicens: Cum autem constet appellationem interpositam fuisse:ne fieret electio,nisi canonica:videri po terat quòd medio tempore, nihil debuit inno uari.[e] & ideo talis electio iudicanda erit irrita & inanis post appellationem legitimè factam. Sed cõtra hoc sic responderi poterat:cum appellatum fuisset,nõ vt nulla fieret electio: sed vt fieret canonica:si canonica electio fuit post
c modum subsecuta nihil contra formam appel lationis: sed potius secundum ipsam videtur fuisse processum.Et ideo electio non erat aliquatenus irritanda.Prætereâ cùm post appel lationem Archi.recessisset &alij eum reuocas
d sent:& ipse noluit venire:alienum[d] ab electio ne se fecisse videtur:propter quod contra electionem nihil posse opponere videbatur.His ergo & alijs allegatis, licet contra personã ele cti nihil obiectum fuerit:tamen vt dicit Apo stolus:manum nemini cito imponas. diligenter debet inquiri, quæ circa personam electi sunt inquirenda.De literatura eius cœpit inq rere.& licet non eminentis sciẽtiæ, tamẽ suffi ciens est inuentus:sicut dicit ab eis, qui ipsum cognouerant. de ætate tamen veritatem scire non potuit,ꝙ trigesimum attigisset annũ.Vn de Papa volens personæ pariter & ecclesiæ p uidere,& rationes & canones obseruare:præ fatum subdiaconum concessit in procuratorem ecclesiæ Capuanæ,committẽs eidem libe ram administrationem,tam in temporalibus,
f quàm in spiritualibus.Ber. ¶ † No.ibi: *iudicãda erat irrita.* bonum ar.quòd electio attenta contra appellationem extraiudicialem, est ipso iure irrita.Sed aduerte,quia in contrarium facit versicu. sed contra. ibi: *irritanda.*

a ¶ Vocatos nõ võ candos.Adde pro hoc facere gl. in.l. vinũ.ff.si cert.pet. per quã Ro. cõsi. cliij. voluit, ꝙ si citatio, quæ fieri nõ debuerat,sit fa cta &minus legiti mè:quòd non habet vitiare actum: vide Old.alleg.cõ si.ccclix.

SEB. SAPIA.

b ¶ Retrocedens.In tellige, ꝙ peccat, sed nõ mortaliter, aliâs.d.Abb.ad.hęc sibi contrariatur, prout põderat do. Lancelotus Galiaula in ru.ff.dever. ob.chart.xij,colũ. iiij.vbi etiam tenet ꝙ nõ peccat:quia ius canonicũ etiã prouidet ad tollendũ peccatũ veniale,secũdum Abb. in ca.fin.in. iiij. de præscriptio.

c ¶ Cum nobis.Ad hũc tex.vide Abba.in.c.edoceri.colũ.ij. s. de rescript. vbi allegat ad hoc quòd quilibet prę latus habet liberã administrationem à iure.

d ¶ Alienum. Adde Rom.consi.cclij. Lapum allegatione.cxxxj.

SEB. SAPI'A.

a ¶ Q3 si electus. Cõtrarium sentit Bal. in l. cũ te. col. pe. C. de ꝓba. vbi ꝙ qñ qs petit officia, & habet aduersariũ debet ꝓbare ætatẽ, q̃ requirit ad illud oftm. si verò nõ habet aduersariũ: tũc ꝑsumit idoneus: vide no. in c. in pũtia. in gl. j. in ver. ij. j. de probat.

b ¶ Cẽsetur actor. Adde Old. consi. ccxcj. vbi dicit, ꝙ obijciẽtes crimina electo, habẽtur loco accusatorũ.

c ¶ Verbũ no'. Ad ꝓ hoc qd' voluit Fede. cõsil. cclxij. vbi dicit, ꝙ si Papa trãstulit monachũ ad aliud monasteriũ intuitu ꝑsonæ: ꝙ ad illud potest redire sine licẽtia Papæ, secꝰ si intuitu monasterij: ibi vide in fine. ¶ Adde istũ latè in l. fin. in nu. xiij. ſ. de postu. prælat. Aeneas de Falco.

d ¶ Soli Papæ. Ad de videndũ Old. consi. ccviij.

ZACHARIAS.

e ¶ Ne fiat electio. Tu adde, ꝙ appellatio ab electione fienda, nõ impedit, quin fiat. c. cũ inter vniuersas. & ca. quia quia propter. & vtrobique ꝑ gl. & doct. isto tit. Bene tamẽ põt appellari, si non fiat canonicè: vt subdit istehîc. Idẽ no. Bertha. de Fir. in tract. de Epõ. j. parte. li. iij. q. xxxviij. & Car. Mãdago. in tracta. de elec. c. lx. parte. iij. in gl. in ver. appellauit. in fi.

SEB. SAPIA.

f ¶ Per appellationẽ. Vide no. ꝑ De ci. in rub. j. de app. col. iiij. vbi tangit an appellatio extraiudicialis sit ꝓ priè appellatio, & nunquid suspendat iurisdictionẽ iudicis. & de ista differentia, quam ponit dominus Abbas inter appellationem iudicialẽ & extraiudicialẽ: qa in appellatione iudiciali legitimè interposita, veniũt irritanda omnia gesta per iudicẽ post appellationẽ: licet de directo nõ sint cõtra appel. qa nõ debet iudex ꝓcedere in illa cã post appellationẽ legitimã. Sed in appellatiõe extraiudiciali, solũ veniũt irritãda ea, q̃ fiũt post & cõtra appellationẽ. Vñ nõ sufficit ad irritationẽ: ꝙ aliqd fit factũ post appel. Et ideò si

¶ Quid aũt si cã exprimat, quę nõ sit vera: an vitiet dispensatio: vide quæ habent in. c. quia. de cõsan. & affi. & in. c. ex parte. de conuer. coniug. & per Archi. in. c. j. lv. dist. & in. c. quod pro remedio. j. q. vij. Nunquid aũt dispẽsatio facta ab inferiore à Principe posit p eũ sine cã reuocari: vide gl. reputatã singularem: quæ dicit, ꝙ nõ. in. c. cũ ex eo. de elec. li. vj. quæ alleg. c. ex tua. de fil. presby. & . c. j. de renun. li. vj. Et adde, ꝙ dispensationes tanꝯ odio requiritur sententia cassationis. tex. est not. secundũ intellectũ gl. in. c. inter dilectos. de excess. Prælat. Sequitur Cal. in. c. super eo. s. e. Ante ergo, quàm priuetur, licitè tenet beneficiũ, & cum bona conscientia. Ad hoc, quod no. Inoc. in. c. cum nostri. de concess. præben. & hoc bene notabis. ¶ Et secundũ hoc limitarem dictũ Bart. in. l. ij. C. si seru. vel li. ad decu. aspira. lib. x. Vbi quærit, an debeat puniri, qui dũ promouetur ad officiũ, vel dignitatẽ non detexit defectũ suũ. & tandẽ cõcludit, ꝙ si defectus nõ erat alijs notus, nõ tenebat pandere. Quia nemo tenetur detegere turpitudinẽ suã: secus si erat alijs notus. Nã tunc punit, si ipse nõ manifestauit tẽpore promotionis: per tex. illius. l. ij. quę verba no. Sed primũ mẽbrũ puto limitandũ per supradicta. s. ꝙ vbi sine peccato nõ põt tenere beneficiũ, vel ordines exequi: tenet manifestare defectũ quãtuncũꝙ occultũ tẽpore promotionis, vel ordinationis suæ. ¶ Itẽ not. principaliter, ꝙ illegitimus potest dispẽsatiuè promoueri ad Episcopatũ ex sola meritorum prærogatiua: licet hoc nõ exigat necessitas, vel euidẽs vtilitas ecclesiæ. quod est bene notãdũ. & idẽ potest dici circa alios defectus. ¶ † No. ibi: *nec probare cogimus ignorantiam.* bo. tex. iuncta glo. ꝙ in facto alieno, quod quis indagare[a] tenetur ex officio, præsumit scientia[b]: & alleganti ignorantiã incumbit onus probandi. & nõ tradas hoc obliuioni. Nã solet subtiliter ad hoc iste text. allegari. & facit regula iuris, in. c. quãuis j. de reg. iur. vbi dicit, ꝙ nõ est pastoris excusatio: si lupus oues comedit, & pastor nescit. i. allegaret se nescire. Et loquit de Prælato, qui dicit se ignorare de vita subditorũ. Nã cũ teneat ex officio inquirere de vita subditorũ: vt in. c. j. de offi. ordi. & in. l. cõgruit. ff. de offi. præsi. nõ præsumitur illorũ delicta ignorasse. 10 ¶ † Not. ibi: *cum non ad postulandam dispensationem.* arg. opti. quòd ad petendum dispensationem requiritur mandatũ speciale: & quòd nõ põt quis sine mandato impetrare pro alio dispensationẽ tenemẽti. Secus est in volente impetrare beneficiũ pro alio: vt est gl. no. in. c. ad aures. & . c. nõnulli. s. de rescrip. in glo. pe. in fi. ¶ Itẽ no. ex eisdẽ verbis, ꝙ iudex ex officio suo debet repellere non habentẽ sufficiẽs mãdatũ. ad qđ vide gl. op. in. c. j. de elect. lib. vj. ¶ Vlti. no. casum, in quo vna via phibitũ, admittitur alia via. Nã illegitimus non potest hîc promoueri per viã electionis: & tamẽ suadet via postulationis. Cõtra quod facit regula, cũ quid vna via &c. de reg. iu. li. vj. & . c. tuæ. de pcur. Sed solue vt ibi no. nã contraria[a] pcedũt, qñ aliquid prohibetur attento effectu: secus si phibet attẽto modo. Nam illegitimus prohibetur promoueri per viã iustitiæ: nõ autem per viã gratiæ, vt postulatio. 11 ¶ † Quæro, pone ꝙ electio, vel collatio seu prouisio de aliquo facta sit nulla ex aliquo defectu, vel crimine: nũquid dispẽsatio superioris superueniẽs sine cõsensu eorũ, qui elegerũt, vel cõtulerũt, seu prouiderũt, habeat confirmare seu validare illã electionẽ, seu prouisionẽ. Et pone exemplũ in terminis, q̃ de facili pnt occurrere. Cõfirmatio electionis alicuius psonatus spectat ad inferiorẽ Epõ: electores elegerũt patientẽ defectũ in ætate. ille ad quẽ spectabat cõfirmatio cõfirmauit: qui cũ nõ esset Eps, nõ potuit dispẽsare circa defectũ ætatis: iuxta. c. vnicũ. de æta. & quali. li. vj. Quia nullus citra Papam dispẽsat, nisi specificè sibi à iure pmittat. Et not. dicit Inn. in. c. ij. de eo, qui fur. or. recepit. Dixi plenè in. c. at si clerici. §. de adul. de iudi. Iste taliter electus & cõfirmatus, vidẽs se non habuisse ingressum per ostium, petijt dispensationẽ ab Episcopo: q Eps dispẽsauit in terminis illius capituli: nulla de nouo facta electione, vel cõfirmatiõe, nec interueniẽtibus electoribus & cõfirmatoribus: quęrit nũquid licitè posit iste dispensatus retinere illũ psonatũ ex quo à principio factũ fuit nullũ? Quidã vt refert hîc Inn. sentiũt, ꝙ nõ. nã in pmissa. q. di stinguũt: ꝙ aut potestas cõferẽdi illã dignitatẽ, seu psonatũ, spectat ad dispẽsantẽ: & tũc valet dispẽsatio superueniẽs, quasi dispẽsando videat de nouo conferre. Sed vbi collatio vel electio nõ pertinebat ad istũ dispensantẽ, sed ad aliũ: tũc nõ valet dispẽsatio ad hoc, vt iste posit retinere illũ psonatũ: nisi cõsentiãt illi, quorũ est electio, vel collatio: quasi sentiant isti, ꝙ ex quo electio, vel collatio fuit à principio nulla, non sufficit sola dispẽsatio superioris superueniens: nisi sequatur noua electio, vel collatio, vel saltẽ illorũ consensus: ad quos spectat. Sed Inn. & Hosti. tenent indistinctè valere dispẽsationem superuenientẽ: quia d dispẽsatio cõfirmat id, qđ erat[d] inualidũ. Tollit enim impedimẽtũ, propter qđ electio, vel collatio erat nulla: ergo poterit nũc iste licitè obtinere psonatũ cũ bona cõscientia. Et cũ hac opi. transit hîc Ioan. An. Io. Cal. approbat istã decisionẽ, quãdo electio vel collatio erat nulla ex causa præcedẽti: vt in exemplo suprà posito. Secus dicit ex causa superuenienti: puta electus & cõfirmatus, seu prouisus per aliquem citra Episcopũ, cõmisit tale quid, propter quod ipso facto fuit priuatus beneficio: Episcopus dispensat nunc cũ isto. Non enim secundũ eũ sufficit ista dispensatio facta sine consensu eorũ, qui habẽt eligere, seu cõfirmare, seu prouidere. Quia iã ius eligendi seu prouidendi erat acquisitũ illis: ideò propter dispẽsationem superuenientem, non debent illi prid uari iure suo. Sicut in simili no. in. c. dudum. j. c. vbi concludit, quòd non põt dispensari circa personã vnius ex duobus electis in præiudicium alterius, cui ius iam erat acquisitũ ex inhabilitate alterius. Ad idẽ facit quod no. gl. in. c. quanuis. de rescrip. li. vj. vbi gl. no. examinat quæstionẽ, an Episcopus posit restituere depositum inuito patrono? & hæc vltima limitatio mihi placet. ¶ Sed circa dictum Inn. & Hosti. distinguerem aliter. licet enim causa nullitatis præcesserit, nõ tamẽ puto quòd indistinctè dispensatio superueniens, sufficiat. Sed dicerem sic, quòd aut erat tale delictum, seu defectus, qui non inducebat nullitatẽ ipso

sæ & stricti iuris nõ sunt ampliandæ, sed potius restringẽdę. c. ꝙ dilectio. de cõsan. & affi. c. j. &. ij. de fil. presby. in. vj. Quod intellige, qñ dispensatio fit ad instantiã alterius, & ad priuatã vtilitatem: secus qñ fieret motu proprio & ad publicã vtilitatem. quia essent ampliãdæ: vt not. voluit. d. Ant. & Mod. post eũ, in. c. cũ in cunctis. §. cũ verò. de elect. & vide do. Card. in c. quia circa. de cõsan. & affi. vbi videtur tenere contrarium. Et quæ sint illa, quæ inducant dispositionẽ. vide per gl. in sum. j. q. vij. & in c. de multa. & in c. expositi. de præben. & multa pulchra in materia dispensationis vide per Archi. in c. licet canon. de elect. lib. vj.

a ¶ Indagare. Adde Ro. cõs. cccl xxx.

SEB. SAPIA.

b ¶ Præsumit scientia. Hoc probari potest per regulã ꝙ qui non facit, quod facere tenet præsumitur in dolo. l. si procuratorem. §. dolo. & . l. dolus. ff. mãda. l. carceri. ff. de cust. reo. Et rationẽ dicit. d. Abbas. in. c. de eo, qui mit. in pos. ꝙ si prælatus abest ab ecclesia, in qua tenetur residere, & maritus ab vxore, præsumit malitiosa absẽtia. Et dicit Bal. in. l. quicũꝙ. col. j. s. de ser. fu. ꝙ nõ præsumit ignorãtia de eo, quod est notorium: sed potius præsumit dolus. quia scire tenentur.

SEB. SAPIA.

c ¶ Nam contraria. Vide text. cũ ibi not. in. l. quæsitũ. ff. de in ius vocã. in. l. aduersus. §. j. ff. de inof. test. & quæ notantur in l. scire. §. si mater. ff. de tuto. & curato. da. ab his.

d ¶ Quod erat. Adde ꝙ Spe. in ti. de lapsis & dispensatis. §. nũc de Epõrum. in fin. tenet opi. Inn. & Host. & eã. tenet Gas. Cal. cõs. j. de ele. alleg. Spe. sed Io. Cal. eo. loco dicit initiũ semper spectandũ: tamen cõmunior opin. est superior.

iure: sed dabat facultatem cassandi: & tunc indubitanter sufficit dispensatio sequens, etiã illis non vocatis: per ea, quæ no. Inn. in c. cũ nostris præalle. & in c. nisi. de renun. Aut inducebat nullitatẽ ipso iure: & si delictũ erat illis electoribus notũ, põttolerari dictũ Inn. & Host. quia non possunt illi allegare nullitatem ex facto eis iam noto. arg. in c. nulli. de elect. lib. vj. & in c. diuersis fallacijs. præalleg. Debẽt enim primo cõsensu perseuerare. Aut ignorabãt tẽpore electionis, seu prouisionis: & non credo dispensationẽ superuenientẽ sufficere sine illorum cõsensu. arg. opti. in d. c. nulli. ¶ † Vbi patet ꝙ electores possunt impugnare electionẽ propriam ex facto nouiter eis detecto. & hoc no. ¶ † In gl. j. no. glo. ꝙ superior nõ potest inuito electo ipsius electionem confirmare. Pro hoc facit, quia ad contrahendũ istud coniugiũ spirituale, requirit consensus eligentiũ, qui repræsentat ipsam ecclesiam, & etiam electi, qui est futurus sponsus: vt in c. seq. Sicut enim matrimoniũ carnale nõ potest contrahi sine consensu mulieris & viri: vt in c. cũ locũ. & c. tua. j. de sponsa. ita nec istud cõiugium spirituale, quod contrahit inter ecclesiam & electum. Ex hoc infert, ꝙ superior non potest aliquẽ compellere ad acceptandũ prælaturã. Quòd an sit verũ in Papa: vide quod dixi in c. fi. de postu. præla. An aũt peccet electus, non consentiẽdo electioni de se factæ: vide per Io. An. in c. si electio j. eo. lib. vj. & ibi cõcludit, ꝙ sic, si non reperitur alius ęquè idoneus, per quẽ possit Dei ecclesiæ consuli: aliâs secus. & dic, vt latius ibi no. ¶ Io. gl. ij. in fi. Not. hãc gl. pro decreto electionis: & in effectu facit duo. Primò quærit quid debeat cõtinere decretum secundum: an istud sit de substãtia electionis. Ad primã quæstionẽ breuiter dicendũ, ꝙ Decretũ est quędã scriptura continens seriem electionis à principio vsq; ad finẽ. Et fit ista scriptura siue decretũ, vt appareat formã fuisse seruatã in electione: & vt eligentes nõ possint amplius negare, quin consenserint electioni. Et dicit [a] decretũ à decerno decernis: quod idẽ est in proposito, quod ordino, seu dispono. Est ergo decretũ dispositio, seu ordinatio totius electionis: seu cõtinens ordinem electionis. & vide de materia bo. gl. in c. Episcopus. lxj. di. ¶ † An autẽ istud decretum faciat plenã fidem [b] super contentis in eo: tres reperiuntur opi. Prima Inno. & Cõpo. dicentiũ, ꝙ non: sed est potius quædã litera testimonialis secundũ eos. Mouent principaliter duplici motiuo. Primò, quia hæc scriptura fit sup facto capituli: ergo scriptura ista inita per capitulum, seu ipsius authoritate, nõ debet facere plenã fidem: quia non est credendũ scripturæ alicuius in facto proprio: vt no. in c. ij j. de fide instr. & in l. exemplo. C. de probatio. ¶ Secunda ratio: quia iura disponũt, vt mittantur ad superiorem instructores, qui habent superiorẽ instruere super ordine electionis: vt in c. nihil j. eo. & melius in. c. cupientes. eo. ti. lib. vj. Si enim decretum faceret plenam fidem, nõ esset opus mittere instructores: quia superfluis remedijs nõ est vtendũ. ¶ Secunda fuit opi. Hostiẽ. dicentis, ꝙ prima facie decretum facit fidẽ, nisi denegetur per aduersarios. Nec obst. quòd iuramandant instructores destinari: quia possunt intelligi eo casu, quo decretum non intercesserit, vel ad maiorem cautelam. ¶ Tertia fuit opi. d. Ant. distinguentis: vtrum decretum fuerit factũ per publicam personam attestãtem omnia fuisse gesta in præsentia sua: & tunc nõ apparet ratio, quare huic decreto non detur fides plena. Aut decretũ fuit confectũ manu priuata: & tunc procedit prima opi. Et hæc tertia opi. mihi satis placet: dummodò in tali scriptura interueniant omnia requisita ad substãtiam scripturæ publicæ: vt testiũ præsentia, & similia. ¶ † An aũt [c] iste notarius possit esse laicus [d] in actu electionis: dicam in c. quia propter j. eo. & plenè examinaui materiã in c. sicut j. ne cleri. vel mo. vbi examinaui generaliter vtrũ super spiritualibus possit laicus cõficere instrumentũ. Et an & qñ clerici notarij possint publicare scripturam: & arbitror, ꝙ eo casu, quo decretum fit per personam publicam, ꝙ non sit de necessitate, quòd apponatur sigillum capituli: quia scriptura publica facit esse fidem absq; alio adminiculo: sed sigillum est necessarium, quando scriptura est priuata. Ad hoc vide singulare dictum Innoc. menti semper tenendum in c. inter dilectos. de fid. instr. vbi dicit, ꝙ si instrumentum, siue priuilegium confectum manu publica, habeat sigillum appensum: licet perdatur sigillum, vel destruatur: nõ per hoc corruit fides instrumenti: quia sufficit authoritas notarij. Intellige quando scriptura habet omnia signa publicitatis: ideò cautum est, vt collationes beneficiorum & similia fiant per manũ publicã: ne destructo sigillo prælati corruat fides instrumenti. † Ad secundam quæstionem gl. an istud decretum sit de substantia electionis. gl. j. recitat quosdam tenere, quòd non: sed postmodũ sentit contrarium: quia hodiè publicatio voluntatum est de substantia. &c. Sed vt dicit Io. Andr. & bene gl. in hoc ineptè loquit: quia quanuis ea, quæ dicuntur in gl. sint de substantia electionis tãquã concernentia formam: non tamen sequitur, quòd ista scriptura sit de substantia electionis: imò tenet Hostiẽ. ꝙ decretum non sit de substautia electionis. sed satis est, ꝙ de ea possit fides aliter fieri. & de hoc videtur gl. in d. c. Episcopus. lxj. di. Quidam tamen voluerunt dicere, ꝙ decretum est de substantia postulationis, & non electionis. Cuius contrarium probatur in c. Osius. §. sed aliud. ea. di. ¶ † In gl. in verbo. *coniugata*. in fi. No. singulariter istam glo. iuncto text. nam quotidie [e] solet allegari: nec habemus super hoc aliquem text. expressum. Ex qua glo. collige, ꝙ natus ex soluto & soluta legitimatur per sequens matrimonium: licet mulier non esset cõcubina: sed ex furtiuo accessu genuerit filium. & idem sentit gl. in c. qualis. xxx. qõ. v. Et hanc opin. secutus est Ioan. And. hîc. Trãsit etiam domi. Anto. & Goff. in sum. huius titu. seu de fi. presbyt. in §. si quis. Sed Barto. tenet contrarium in l. concubinam. ff. de cõcub. & idem Petr. de Ancha. & dicit se vidisse consilium Oldr. super hoc. Mouentur isti: quia iura de hac legitimatione loquentia requirunt, quòd filius sit natus ex concubina retenta in domo loco vxoris ex indubitato affectu: vt instit. de nupti. ℨ. aliquando & de hæredib. quæ ab intesta. defe. §. quibus. Posset addi iudicio meo hîc ratio fortior. Nam natus ex non concubina, sed ex furtiuo accessu, non potest de iure ostendere patrem. Est enim vulgò quasi conceptus: quia non subest aliqua præsumptio, quare magis dicatur filius istius, quàm alterius. arg. l. vulgo concepti. ff. de stat. homi. ergo non debet iste legitimari per sequens matrimonium: cum non sit indubitatus filius. Nam fortè ob hanc causam iura ciuilia requisiuerunt concubinam ad hoc, vt proles legitimetur ex sequenti matrimonio. Et quanquã prædicta multum vrgeant, tñ sequor opi. glo. fauore legitimationis & matrimonij. & per. c. tanta j. qui fil. sint legiti. vbi text. circa istam legitimationem non requirit concubinatum, sed solùm fundat se super fauore matrimonij: & requirit duntaxat, ꝙ tempore conceptionis poterat esse matrimonium inter virum & mulierem. Facit quod in simili no. ibi & in regula, sine culpa. de regu. iur. lib. vj. in mercu. Nam iura ciuilia requirunt ad hoc, vt legitimetur proles præcedens, ꝙ interueniãt in isto matrimonio instrumenta dotalia: vt instit. de nupt. in §. præalleg. & tñ ius canonicum nullam facit mẽtionem de huiusmodi instrumẽtis dotalibus: sed solùm fundat se super fauore matrimonij. Vnde sicut nõ curatur de instrumentis dotalibus: itanec curandum est de concubinatu: sed illud solùm sufficit ad legitimationem,

SEB. SAPIA.
a ¶ Et dicit. Vide Mod. in l. ne quic quã. §. vbi decretũ ff. de offi. pconſ. & lega. in l. si finita. §. Iuli. ff. de dã. infecto.
b ¶ Plenã fidẽ. Ad de Spe. in ti, de elect. §. j. versi. celebrata. vbi latè de materia.

SEB. SAPIA.
c ¶ An autẽ. Vide not. per Dec. in c. decernimus. colũ. ij. j. de iudi. vbi disputat, an religiosi & clerici possint esse notarij.

d ¶ Laicus. Adde Spe. in tit. de instr. edi. §. viij. ver. quid ergo.

ZACHARIAS.
¶ Adde Car. Mãdag. in tracta. suo de elect. parte. j. c. xix. eundẽ in eadẽ parte. c. xxij. in gl. in ver. secreto.

SEB. SAPIA.
e ¶ Nã quotidie. Vide Ang. Aret. in §. fi. inst. de nu. per practic. Pap. in for. libel. quo petitur hæred. ab inte. in gl. in verf. nullis. Mod. in. l. generali. §. j. C. de inst. & substit. vide latè per Deci. in consi. clv. & diligenter. vbi tandẽ cõcludit id quod Abb. hîc.

12 13 14 15 16 17 a b c d e

tionem,ꝙ tẽpore conceptionis poterat eſſe matrimonium inter
a virum & mulierem[a]. Et ex prædictis iuncta gl. habes bene notare
b ꝙ etiam in materia reſtringibili, appellatione legitimè[b] nati, venit
legitimatus per ſequens matrimoniũ. Fingitur enim legitimè natus. Et ex hoc puto, quòd talis ſic legitimatus ſuccedit in feudo paterno. arg. hîc iuncto c. cum in cunctis. s. eo. de quo vide quod plenius dixi in c. tanta. qui fil. ſint legi. ¶ † Si aũt matrimoniũ nõ fuiſ
18 ſet ſecutum: tunc credo, ꝙ iſte natus ex furtiuo acceſſu ad mulierem, non ſuccedat patri in aliquo decedenti ab inteſtato: quia iura dicentia, ꝙ filij naturales ſuccedant patri ab inteſtato in duabus vncijs, non extantibus filijs legitimis: nec coniuge: vt in auſ. licet C. de nat. libe. loquuntur in natis ex concubina retenta in domo, indubitato affectu: vt eſt tex. ſatis bonus & clarus, in auſ. quibus mod. nat. effi. ſui. § ſi quis aũt defunctus. Et hanc opi. firmat Ioan. And. in addi. Spe. in tit. qui fil. ſint legi. circa prin. vbi dicit, ꝙ licet omnes nati ex ſoluto & ſoluta, appellentur ex communi vſu naturales: tamen propriè naturales dicuntur nati ex concubina retẽta in domo loco vxoris. Et facit hoc dictum ad ſtatuta facientia mentionem de naturalibus tantùm. Et idem videtur voluiſſe Spec. in tit. de ſuc. ab inteſta. in ver. nunc de naturalium. vbi requirit tria. Primò, ꝙ iſti ſint nati ex ſoluto, & ſoluta. Secundò, ꝙ ex concubina. Tertiò, ꝙ ſit vnica concubina. Et hanc opinionem firmat glo. in c. niſi cum pridem. in verſ. Manſeres. de renun. & in c. per venerabilem. qui fil. ſint legiti. in verbo: non naturalibus. & videtur de hoc bo. tex. in c. liberi. xxxij. q. iiij. Quare aũt aliud in hac quęſtione, quàm in præcedenti? dic, ꝙ ibi ſuperuenit matrimonium, vnde fauore matrimonij ſubſequitur legitimatio. Sed in caſu noſtro non ſuperuenit matrimonium: ſed ſolũ loquitur de facultate ſuccedendi. Vnde non debemus diſcedere à diſpoſitione iuris ciuilis: præſertim cùm ſubſit cauſa legitima excludendi eos à ſucceſsione
19 per rationem, quam. s. allegaui. ¶ † Filij autem presbyterorũ [c] nõ
c ſuccedunt patri in aliquo: quia non dicuntur propriè naturales, ſed ſpurij: quia presbyteri dicuntur quaſi matrimonium contraxiſſe cum eccleſijs. Vnde dicuntur committere nõ ſimplicem fornicationem, ſed adulterium. De quo vide gloſſ. not. quam tenebis menti in. d. c. per venerabilem. in ver. adulterinis. & glo. in. l. ij. C. de Epiſ. & cle. per Bar. in. l. fi gener. ff. de his, qui. vt indig. per Archid. in c. eos. xxxij. diſtin. Item quia concubinatus in eis eſt omnino damnatus: vt ĩ. de coha. cle. & mul. per totum. ¶ In gloſ. in ver. *innuit nullam eſſe.* in fi. No. gl. iuncto tex. pro intellectu iſtius. c. cũ in cunctis. quod melius declaratur hîc, quàm ibi: & tene concluſionem huius glo. ꝙ quo ad vtrunq; , ille eſt canon latæ ſnĩæ: ſed clarius hoc probatur in c. fi cõpromiſſarius. & c. quãquã ĩ. eo. lib. vj.
20 ¶ † Vnũ tamẽ ſcias, ꝙ ſi eligitur criminoſus occultus, electio nõ
d eſt ipſo iure nulla, ſed annullãda: [d] vt eſt tex. no. in c. inter dilectos. de exceſsi. Præla. & vide quod dixi in c. ſuper eo. s. eo. ¶ In gloſ. in ver. *in ſcholis.* in fi. Not. gl. quæ quotidiè ſolet allegari. Quandoq; tamen ſcholares exiſtentes in partibus effecti aliqualiter elati ex proſperitate fortunæ, dicunt alijs ſcholaribus, non noui vos. con
21 tra quos gloſſ. arguit in c. prophetauit. j. q. j. ¶ † In gl. in ver. *ignorantiam.* in fi. Not. duo ex iſta gloſ. Primò, quòd quis præſumitur ſcire factum alterius, quando eſt tale factum, quod tenebatur indagare ex officio ſuo: ſecus ſi non tenebatur inquirere. Nam tunc præſumitur ignorantia de facto alieno: quo caſu debet intelligi regula, præſumitur ignorantia. de regu. iur. lib. vj. Et ad hoc ſolet allegari quotidiè iſte tex. iuncta glo. ¶ Ex hoc infero, ꝙ ſi Prælatus cõtulit ſubdito indigno dignitatem, vel beneficium: præſumitur ſciuiſſe eius indignitatem: niſi probet ignorantiam. Quia tenebatur prius inquirere de vita & moribus illius: vt in c. poſtquã. s. eo.
22 & in c. nihil ĩ. eo. cum ſimi. ¶ † Secundò no. ꝙ ignorantia [e] poteſt
e probari per proprium iuramentum. [f] Idem no. glo. in c. nulli ĩ. eo.
f lib. vj. & in c. in electum. xxxiiij. q. ij. Facit text. in c. ſi verò. ij ĩ. de ſenten. excom. Quod tamen limitat Pau. in cle. cõſtitutionem. de electio. niſi communiter fuiſſet ille habitus pro illegitimo, ſeu fama fuiſſet orta contra eum. Nam tunc non debet ſtari iuramento proprio: cùm ſit vrgens præſumptio contra eum. quod ſatis mihi placet. & not. illud verbum. ¶ Item ſecundum Compoſt. poterit probari ignorantia, probando quòd electus communiter habebatur pro legitimo, & tanquã legitimus ſungerebatur publicis honoribus. ¶ In gl. pen. in fi. do&. communiter concludunt, ꝙ aut canonici elegerunt ante reſtitutionem factam per Papam: & tunc tenet electio: quia fuit facta ad eccleſiam vacantem. Nec poterãt diuinare, ꝙ Papa vellet illum reſtituere, vel præſumere: ꝙ Papa vellet ipſum eligere ex plenitudine pote
23 ſtatis. † Quia ſecundum Inn. non debet Papa generaliter vti plenitudine poteſtatis: ſed ex a
cauſa tantùm. quod verbum ſingulariter not. Nam cũ iura ſint fundata ſuper ratione. j. diſt. c. conſuetudo. non debet Papa recedere à iure ordinato ſine cauſa. Et vide ad hoc quod dixi in c. de multa. de præbẽ. Et prædicta intellige: niſi Papa appoſuiſſet decretum afficiens, etiã ignorantes: vt in cle. j. de conceſ. præben. Aut Papa conſtituit, vel elegit antè, quã canonici elegiſſent: & tunc non valet electio canonicorum, quantuncunq; ignorantium: quia reperitur facta ad eccleſiam non vacantem: contra c. ij. de conceſ. præben. Et hæc quæſtio procedit præſuppoſito, quòd dignitas depoſiti non b
vacet in curia. de quo dicendum, vt legitur & no. in c. ij. de præbẽ. lib. vj. Et an beneficia promoti in curia vacent, vide gloſ. in clemen. j. vt lite penden.

¶ Et mulierem. Adde quod Ang. cõſi. xxix. vbi latè examinãs hanc materiam dicit, ꝙ determinatio canoni. procedit in foro eccleſiaſtico, non in Cæſareo. & ibi vide an ſuccedat in feudo: & Ro. etiam conſil. cclxv. concludit ꝙ non ſuccedat.

SEB. SAPIA.

¶ Appellatione legitimè. Vide p do. Iaſ. in. l. ſi quis pro emptore. ff. de vſuca. vbi latè, an legitimatus veniat appellatione legitimi. vide Deci. in cõſi. clv. col. iij. vbi ponit ad quos effectus legitimatus ꝙ ſubſequẽs matrimonium cenſeatur legitimus. & ibi nũ quid excludat ſubſtitutum.

c ¶ Presbyterorũ. Adde Bar. conſi. xlix. quid de alijs naturalibus, ponam in. c. per venerabilem.

ZACHARIAS

d ¶ Sed annullãda. Adde Car. Mandago. in ſæpe allega. trac. de ele. parte. col. lix. in gl. in ver. periurus. & in verſ. tales. & Feli. in. c. querelam. in iij. col. in princ. de iureiur.

SEB. SAPIA.

e ¶ Quòd ignorantia. vide Ang. in. l. plagij criminis accuſatio. C. adle. fla. de plagi. facit regula, quam ponit gl. in. §. ſed iſtę. in iſti. de actio. quòd in his, quæ dependent ex volũtate alicuius, ſtat ſuo iuramento.

f ¶ Propriũ iuramentum. Adde Roma. conſi. ccclxxxj.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus citra Epiſcopum poteſt ad aliam prælaturam eligi: Epiſcopus verò debet poſtulari.*
2 *Infirmitas impediens, eſt cauſa, ne aliquis promouea tur in Prælatum.*
3 *Eligentes non poſſunt in præiudicium electi validitatem illius electionis compromittere. §.*
4 *Electus poteſt diſſentire ante confirmationem ſine conſenſu ſuperioris, poſteà verò non. 11.*
6 *Conſenſus contrahentium ſufficit, quòd interueniat diuerſo tempore, vnus ab alio.*
7 *Repulſus ratione alicuius incapacitatis: an præſumatur ſemper in illa incapacitate permanere: an onus probandi transferatur in excipientem.*
8 *Res inter alios acta, licet non faciat plenam fidem in alio caſu: tamẽ facit præſumptionẽ, quæ tranſfert onus probandi in aduerſarium.*
9 *Maior pars poteſt renuntiare honori introducto in fauorem totius collegij.*
10 *Matrimonium in ſtatutis, intelligitur de carnali, non ſpirituali.*

CAP. XXI.

CVm inter canonicos. ¶ Electus à maiori parte capituli, ſi eſt idoneus, & cõſenſerit, vel cõſentire velit, etiã ſi non ſit de gremio eccleſiæ, refutari non poteſt. Vel aliter ſic. Non poſſunt electores in præiudicium electi compromittere: ſed ſi conſenſerit electioni ſuæ, vel cõſentire velit, non obſtante laudo in contrariũ lato, eſt confirmandus: ſi aliud canonicum ſibi f
non obſiſtat: licet non ſit de gremio illius eccleſiæ quantuncunq; ob hanc cauſam à minori parte ſuit appellatum. Et in hoc vltimo eſt iſte tex. multum not. Diuiditur. Nam primò factum, & partium allegationes. Secundò ibi:

ZACHARIAS.

a ¶ Prælatus citra Episcopū. Adde ne te fallat hoc dictum: quia est nimis crudū, ꝙ Abbas exemptus eligi nō potest, sed postulari à Rom. pontifice: vt per Hosti. in, c. cū venerabilis. j. de consue. vel etiā vt cō munior est opi. à legato à latere. & hāc cōmunem tenent Ber. & Compost. in. c. vl. j. de postul. sed tu dic, ꝙ etiam eligi pōt per istū text. Pro quo est alius tex. in ter. in. c. si Abbatem. eod. ti. lib. vj. & ibi per Archi. Pet. de Anch. Dom. & Philip. Fran. & dixi. s. in addi. & istū in. c. bonæ. lo. ñ. in ver. postulat. in prin. de postu. Præla.

b ¶ Coadiutor. Ad de latè Old. cōsi. xliij.

SEB. SAPIA.

c ¶ Nūquid. Vide no. in. l. cōtinuus. in prin. ff. de ver. obl. in. l. j. in prin. ff. de pac. & dicit Bal. in. l. j. col. antepenul. C. qui admit. ꝙ vbi requiritur cōsensus, debet intelligi in ipso actu: quia dicitur consensus, quasi simul sensus. de quo etiam per Mod. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de ac. quirē. hæredi.

d ¶ Interueniat. Ad de Fran. de Aret. cōsi. xiij. Lapum allegat. lvij. Cald. consi. v. de spōsa.

discretioni. diffiniendū committitur. ¶ Casus literalis. Vacāte ecclesia Saonen. canonici conuenerunt simul ad electionē celebrandā, & singuli requisiti communi consensu Prępositum Astensem elegerunt, excepto. S. Subdiacono, qui prius appellauit: ne dictum Præpositū eligerent morbo Epileptico laborantē. Pro quo alia vice tanquā inhabilis fuerat recusatus: nec ad aliam ecclesiam debet fieri transitus, donec reperitur idoneus in ecclesia Saonen. Postmodum Archipresbyter pro parte sua dictus. S. pro se, super quæstiōe ista in Mediolanen. Archiepiscopum compromiserunt Archiepiscopus magistrum. G. modicen. canonicum eis dedit in Episcopum, & etiam cōfirmauit. Demū causa super his ad sedem Apostolicam est delata. hæc & alia in præsentia Papæ allegata fuerunt: mandat Papa quibusdam, quia cōstat electionem de præposito prędicto à maiori & saniori parte capituli celebratam fuisse publicatam, etiam & subscriptam, electionē ipsam debeant confirmare: dūmodò dictus præpositus 6
electioni de se factæ consenserit. Cùm per mutuum consensum eligentiū & electi, quasi coniugale vinculum sit contractum: nisi sufficienter sit ostēsum eundē præpositum morbo epileptico laborare: super quo extitit appellatū contra ipsum nō obstante appellatione, si qua ex alijs causis superius memoratis fuerit interposita, quæ friuolæ sunt: nec obstāte eo, quod post talem electionem per Archiepiscopū dicitur esse factum: quanuis à partibus compromissum fuerit in eundē: cùm electores ab electione non potuerunt resilire. Et idē est etiam si non compromiserunt: etiam si dictus præpositus nondū electioni factæ consensit: duntamen velit consentire: electionē illius debeāt confirmare: dūmodò morbo non laboret obiecto. Ber. ¶ No. j. ꝙ prælatus citra Episcopū [a] potest eligi in Episcopū: nec est necesse, quòd postuletur tanquā dignitati suæ alligatus: quia nō est in vinculo matrimoniali obligatus: ideò potest eligi. ad idem. c. innotuit. s. e. & c. si Abbatem j. e. lib. vj. ¶ No. j. ibi: *in capitulum.* ꝙ electio prælati fit in capitulo. Quando ꝙ tamē fit in choro: vt in. c. cū nobis. s. eo. & in hoc standum est cōsuetudini: vt ibi no. ¶ No. iij. ꝙ contra nominatū potest singularis de ecclesia opponere ne eligatur: & ex iusta causa ad superiorem appellare. ¶ † No. ꝙ patiens morbum impedientem morbosum administrare dignitatē, est ineligibilis. Infirmitas enim impedit promouendum, si dubitatur de cōualescentia. Nō tamē repellit iam promotum: sed debet sibidari coadiutor [b] j. de cleri. ęgro. c. tua. & in. c. de rectoribus. ¶ † Not. ꝙ canonici non possunt in
prejudiciū electi facere compromissum super electione, vel validitate electionis iam factæ, etiā si electionis validitas reuocetur in dubiū. ¶ † No. ꝙ per consensum electi & eligentium contrahitur spirituale coniugium inter ecclesiam & electum. Non ergo ad istud vinculum contrahendum necessariò requiritur confirmatio, vel consecratio: sed ex solo cōsensu eligentium & electi contrahitur: per confirmationem autem subsequentem illud vinculum efficitur ratum: quia non potest amplius electus renuntiare sine superioris consensu: vt in c. ij. de translatio. Episcopi. Per consecrationem verò dicitur tale coniugium consummari: vt in. c. fi. eo. tit. vbi bon. tex. Vnde quēadmodum inter virum & vxorem ex solo consensu contrahitur matrimonium carnale: vt in cap. sufficiat. xxvij. q. ij. & in. c. fin. de sponsa. duo. Ita dicendum in isto coniugio spirituali: nam canoni ei eligēdo repræsentant ecclesiam: vt in. c. requisisti. &. c. relatum. de test. ¶ † Not. ꝙ de necessitate non requiritur, ꝙ tempore consensus præstiti per electum, eligentes perdurent in priori consensu. Ex quo enim semel elegerunt, potest electus posteà consentire: licet electores nunc dissentiant. quia cùm non possint de iure dissentire: vt in. c. publicato j. eo. perinde est, ac si perdurarēt in priori consensu. Et per hunc tex. reprobatur opi. cuiusdam doct. antiqui, qui tenuit in hoc contrarium: dicēs de necessitate requiri, ne consensus eligentium & electi concurrant eodem tēpore. Nec sufficit, quòd electus cōsentiat eo tempore, quo electores dissentiūt. argu. c. fi. de procu. lib. vj. Fatebatur tamen, ꝙ electores debebant compelli ad consentiendum. Sed hæc opin. euidenter reprobatur hîc. Nec obst. c. fi. præalle. quia loquitur in eo casu, quo is, qui primò consensit, potest dissentire ante consensum per aliam partem præstitū. Sed in casu nostro, non possunt canonici resilire, ex quo semel elegerunt. Sunt enim functi officio eorum: vt plenè dixi in 6
c. pen. de postu. Præla. ¶ † Et faciunt prædicta ad quæstionē, nun c
quid [c] in alijs actibus seu gerendis, valeat contractus, si partes consentiunt diuerso tēpore? Et primò pono in matrimonio: mulier consensit hodiè: demum elapsis aliquibus diebus consensit masculus: nunquid matrimonium dicatur contractum. Sic etiam potest poni exemplum in alijs. Pone, ꝙ hodiè consensi venditioni de aliqua re factæ: tu non consensisti statim, sed interiecto tēpore: nunquid valeat talis venditio, seu emptio? vide ad hoc glo. no. in. l. consensu. ff. de actio. & oblig. & in. l. j. de contrahen. emp. Specu. in titu. de sponsa. in. j. col. Et videtur ibi concludi, ꝙ contrahentes debent eodem tēpore consentire. sed cōtrarium videtur notari per Hosti. & Ioan. And. in. c. dilectus. &. c. ex literis. el. ij. de spon. Sentiunt enim, ꝙ si is, qui primò consensit, perduret in suo consensu non habet officere: ꝙ alterius consensus diuerso tempore interue d
niat [d]. Nam dicuntur consentire. i. simul sentire. quia perseuerādo in primo consensu, dicūtur consentire tempore consensus ab alia parte præstiti. Et pro hoc optimè facit iste tex. hîc. Nam contrahitur hîc matrimonium spirituale: licet consensus eligentium & electi, non interueniat eodem tēpore: quia canonici videntur cōsentire, ex quo nequeunt à priori consensu resilire. & ad idem. c. fi. de procura. libr. vj. ¶ In glo. j. ibi: *dicitur esse capitulum, vbi maior pars.* Not. singulariter istam glo. ꝙ vbicunq; est dissensio inter illos de capitulo super iuribus capitularibus, capitulum dicitur esse, vbi est maior pars: & tanquam capitulum potest constituere procuratorem, & alia agere, quæ pertinent ad dispositionem capituli. Nā in dubio præsumitur pro maiori parte, donec minor pars ostēderit causam legitimam contra maiorem partē: vt in. c. j. de his quæ fiunt à maio. parte ca. & in. l. quod maior. ff. ad muni. & in. c. apostolica. lvj. dist. Nec obstat, si dicatur collegium consistere penes duas partes: vt in. l. nulli. & in. l. planè. ff. quod cuiusq; vniuer. Quia illud procedit dum collegium est in congregando: sed postquàm est congregatū, & disceptatio est inter eos, dicitur consistere collegium penes maiorem partem capituli: vt plenè dixi in. c. cum nobis. s. eodem. Et no. bene glo. in fi. in eo, quod dicit, quòd si procurator est constitutus à maiori parte, habebit expensas à capitulo: licet sit litigium cum singulis de capitulo. Goffre. tamen nititur impugnare hoc dictum glo. motus: quia non debet isti prouideri de bonis aduersariorum. Hosti. dicit, ꝙ regularis debet expensas habere ab ecclesia, etiam lite pendente: cùm non habeat vnde illas faciat: iuxta illud, quod legi. & not. in. c. olim. & in. c. ex parte j. de accusa. ¶ Secularis autem litigabit de suo: & si obtinebit, recuperabit expensas ab ecclesia, ex quo vtiliter gessit negotium ecclesiæ: vt in. c. cum pro causa. de procur. Si verò succumbit, sentiet ipse & socij damnum. Aduerte, quia hæc dicta Hosti. puto procedere non in maiori parte capituli: sed in minori parte litigāte pro ecclesia. Vñ posset in hac materia sic distingui: ꝙ aut litigat maior pars & habebit expensas ab ecclesia, ex quo litigat pro iuribus ecclesiæ.

Vnde

Vnde præsumitur moueri bono zelo.arg.hîc. Nam hoc appellat capitulũ,vbi est maior pars:licet sit dissensio inter singulares de capitulo.ergo debet cõsequi omnia iura de capitulo.argl.in regula, accessorium.de reg.iur.libr.vj.Credo tamen,quòd si maior pars capituli,fouet iniustam causam improbabiliter: quòd satis faciet dando ecclesiæ de proprio.arg.in.c.de multa.de præbend.& in.l. non est ignotum.§.de administra.tuto.sed respectu minoris partis satis potest teneri opinio Hostien. ¶ †In glos.in vers. *recusatus*. in fi.Not.ex hac glo.duo.Primò [a],quòd sicut semel crimino
7 a b sus præsumitur perdurare in eodem crimine,nisi probetur emendatus:[b]vt in regula,semel malus. de regulis iuris.libr.vj.Ita videtur dicendum in morbo:vt semel morbosus præsumatur labora re eodem morbo,nisi probet se liberatum. Et in hoc tene menti istam glos.nam aliqui tenent contrarium:vt statim dicam. ¶ Secundò not.ex glos.quòd semel repulsus prætextu morbi,non potest amplius eligi:nisi probet se liberatum.vnde repulsio facta respectu vnius ecclesiæ facit fidem,quo ad aliam ecclesiam: sicut in sententia lata contra electum super crimine:vt in.c.super eo.s̃.eodem. ¶ Innocen.& Hostien.aliter distingunt,quo ad vtrumq; dictum.Dicunt enim,aut quis fuit repulsus ex vitio durabili:vt puta propter crimen,vel infamiam.& procedit primum dictũ. Aut repulsus ex vitio,seu defectu non durabili:tunc non sufficit probare quẽ fuisse aliâs repulsum,vel morbosum:sed oportet, quòd probetur eum de præsenti illo morbo laborare.argu.hîc,vbi Papa nõ mandat inquiri:an aliâs fuisset repulsus,licet hoc fuisset obiectum:sed solùm mandat inquiri de existentia morbi.Domi.Anto.dicit,quòd quo ad excipientem,nõ est fundata intentio ex eo, quòd semel fuerat repulsus :quia variata electione variatur effectus sententiæ.vnde excipiens habet de nouo probare.& sic intelligit text.in medio.sed si aliâs morbosus petit se,vt sanum admitti,debet probare se liberatum:vt in fin.c.Ioan.Andr. tenuit indistinctè,quòd onus probãdi incumbit ei,qui semel morbosus[c] fuit
c repulsus.argum.huius text.in fi.Item,quia præsumptio transfert onus probandi in aduersarium:vt in.c.vnico.vt eccl. benefi.& sic
d in effectu approbat opi.glo.quæ mihi satis placet. [d]Nam ea,quæ non mutantur solo cursu temporis,non præsumũtur mutata.vnde sufficit in illis probare,quòd aliquo tempore extiterunt: sicut dicimus in eo,qui semel fuit dominus, vel semel possessor. Nam semper presumitur dominus,vel possessor:nisi probetur contrarium.vt leg.& not.in.l.siue possidetis.C.de probatio.& dixi in.c. in præsentia.eodem titu.Morbus autem non tollitur solo tractu temporis:ideò præsumitur quis in eodẽ perdurare:sicut dicimus in furioso.licet enim ille sit morbus curabilis,tamen semel furio-
e sus [e] semper præsumitur talis [f]: nisi probetur contrarium : vt est
f tex.iuncta glos.in.c.fin.de suc.ab intesta.& in.c.indicas.iij.qõ.ix.
8 ¶ †Nec obstat si dicatur,q̃ res inter alios iudicata,non debet facere fidem in alio casu:vt in.c.inter dilectos.de fide instru.quia dico,q̃ licet non faciat plenam fidem,facit tamen presumptionem: vt dixi in.c.veniens.ij.de testib.sed sola præsumptio sufficit ad remouendum promouendum.argu.in.c.super eo.s̃.eo.lxxxj.dist.c. tantis.Et quãquã morbus non sit delictũ,tamẽ est defectus:debet enim clarè constare de idoneitate promouẽdi:vt in.c.cum nobis. s̃.eo. ¶ In gl.in ver. *nec ad aliam ecclesiam*. ibi: *Tan.dixit & melius*. Et hæc opi.Tan.cõmuniter hîc allegabatur per doct.& eã approbat consuetudo,secundum Host.& teneas illam,quicquid posteâ dixerit Hosti.Nam videtur clarè probari per istum tex.vbi Papa
9 reputat friuolã exceptionẽ. †Et ex hoc not.q̃ maior pars potest renuntiare fauori introducto ad honorẽ totius collegij. ¶ In glo. in ver. *& confirmauit*. ibi: *quoniam tanquàm arbiter elegit*. quasi velit glo.dicere,q̃ cũ quis habet ius eligendi & confirmandi,eodẽ iure eligendo videtur confirmare:secus si habet iure diuerso. Puta iure deuoluto, & iure proprio,vel tanquã arbiter & tanquã Archiepiscopus:quia cũ repręsentet duas personas,potest separatim illos actus exercere.De hoc vide quod dixi plenius in.c.causam.s̃. eo.& quod no.do.de Rot.decis.cclv.& glo.in.c.vt circa j.eo.libr. vij. ¶ In gl.in ver. *& subscriptam*. in fi.tene glos.& ad istũ tex.dic, q̃ Papa ponderauit,q̃ electio erat facta & subscripta ad magis notandã inconstantiam canonicorũ:sed quo ad impotentiam varian di sufficit sola publicatio scrutinij:vt in.c.publicato j.eod.& dicit

a ~ SEB.SAPIA. ¶ Primò. Vide Feli.in.c.j.col.ix.ver.*fallit octauò*.j.de proba.latè per And.Sicu.in.c.testimonium.in glo.in verb.emendatus.vbi etiã remissiuè per Feli.j. de testi.vide circa hãc regulã Abb.& Felin.in.c. scribam.j.de præsump.Et quod si quis per triẽniũ laudabiliter vixit,præsumatur emẽdatus:ponit Io.de Imo.in.c.cũ deputati.j.de iudi.

Inno.hoc procedere etiã in electionibus canonicorum:vt post publicationem factã non liceat variare.arg.ij.q.vj.c.ei qui.§. nominationes.& in.l.hi,qui ad ciuilia.C.de appel.& not.
10 hoc vltimum. ¶ †In gl.in verbo, *quasi coniugale*.in fi.No.duo ex hac glo.Primò, [g]q̃ per solum consensum eligentiũ & electi,est verè cõtractum matrimonium spirituale:sed quia adhuc non est ratum,id est firmũ:tex.vtitur hac
g dictione quasi.Vel dic secundum doct.q̃ ideò dicit quasi:quia coniugium spirituale dicitur contrahi ad instar carnalis: vnde dicitur istud quasi coniugiũ:quia verũ & proprium coniugium dicitur carnale:istud spirituale est quasi coniugiũ.Et hoc not.pro statutis facientibus mentionẽ de coniugio:vt intelligantur de car
h nali,& non de spirituali[h]:quia in statutis verba capiuntur propriè:& non impropriè:vt in.c. in nostra j.de iniur. ¶ Ad prædicta, q̃ dicatur esse cõtractũ coniugium per cõsensum: vide glos.in.c.quanto.lxiij.dist.quæ dicit,q̃ per solam electionẽ acquiritur ius prælaturæ & ius administrandi in habitu:sed per confirmationem acquiritur exercitiũ.& idem sentit glo.in
11 l.priuatorũ.C.de iurisdi.om.iudi. ¶ †Secũdò not.ex glo.q̃ electus potest ante confirmationẽ renuntiare electioni de factæ quantuncũq; consenserit.de quo vide glo.pleniorem in.c.si electio j.eo.lib.vj. ¶ In glo.in verbo,*resilire*.in fi.dic melius,vt dixi in.c.bonę.alleg.in gl.quia differentia est inter electionem & postulationem. ¶ In gl.in verbo, *non compromiserint*. ibi, *maximè supple*. Tene gl.quia sicut non possunt electores directè recedere abelectione:vt in.c. publicato j.eo.ita nec indirectè cõpromittendo in præiudiciũ electi.Nam eò,q̃ elegerunt, functi sunt eorũ officio:vt plenè dixi in.c. penul.s̃.de postula.Pręla.ergo non possunt com
f promittere in præiudicium electi. ¶ Extra gl. quæritur,quid si iste.s.canonicus obtulisset in capitulo probatiões super morbo obiecto, & appellasset:nũquid illa oblatio probationis habuisset iustificare appellationẽ? videtur quòd
~ SEB.SAPIA. g sic,per.c.interpositam j.de appella. Contrarium no.tenet hîc Inno.dicens contrariũ procedere in iudicio:secus autẽ qn̄ oblatio probationis fuit extra iudiciũ:quia cũ capitulum vtatur iure suo,nõ tenet recipere probationes super exceptionibus oblatis cũ non sit iudex, sed pars. Idẽ dicit Inn.si Episcopo parato alicui cõferre beneficiũ comparet tertius,& opponit,q̃ ille est criminosus offerendo probationem super criminibus obiectis:nõ tenetur Episcopus ante collationem admittere probationem si non vult.nec probationis oblatio habet iustificare appellationem propter reiectã probationem. Quia nõ procedit Episcopus in collatione vt

b ¶ Emẽdatus. Ad de Ro. consil.cc. xxxvj.

ZACHARIAS. ¶ Et quis modus est seruãdus in volẽte probare,tex. in.c.testimoniũ. de test.& Pet. de Anch.cõsil.xxx. Sedaduerte,quòd vbi quis per triennium stetisset absq; perpetrando flagitiũ:de quo fuit aliquis conuictus q̃ absq; alia probatione præsumitur esse emendatus.notat Bald,& Angel. in authentica. demancipa, §.ñ.

c ¶ Semel morbosus.adde Ro.cõsi. cclxxxvij,vbicõ suluit , q̃ quis semel excõmunicatus,semper debet euitari ,donec legitimè probetur absolutio.

~ SEB.SAPIA. d ¶ Satis placet. Vide Bar.in.l.de ętate.colũ.pen.ff.de mino.in.l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excusatuto.

e ¶ Semel . Adde Alex.consil.cxlj. j.libro.

~ SEB.SAPIA. f ¶ Præsumitur talis. Vide Mod.in l.furiosum.C.qui testa.face.pos. & not.in.l. diuus.ff. de offi.præsi.

~ SEB.SAPIA. g ¶ Primò. Vide tex.in.c.nisi cum pridem.versi.verùm.j.de renun. per quẽ dicit Car. in consi.cxlj.punctus quæstiõis,q̃ qui acceptauit beneficium sibi collatũ, videtur per quasicontractum se obligare ad administrationẽ.Et vide Feli.in capi. quoniam. §.porro.in prin.j.vt lite non contesta. vbi dicit,quòd multę

sunt differẽtiæ inter matrimonium spirituale,& carnale; adeò q̃ qui vult de vno ad alterum arguere, debet probare similitudinem . & istud voluit Imo.in.c.tuæ,j.de sponsa.

h ¶ De spirituali.Adde quod Ro.sing.suis fo.xxiij.dicit,q̃ ita pater tenetur dare eandem dotem filiæ volenti intrare monasterium,quam daret,si vellet secundò nubere.

iudex: sed vt pars vtens iure suo. vñ non tenet ius suũ dimittere propter exceptionẽ & oblatam probationem. Caueat tñ ne conferat indigno beneficium; quia ex hoc posset puniri. Et idẽ notauit Inn. in c. ad dissoluendũ. de depõ. impu. & vide quod plenè dixi in c. fin. de præsump. Secus si corã confirmatore aliquis obijceret ei offerre probationes. Nã tunc appellatio iustificaret ex probatiõe oblata & reiecta, quia cõfirmator procedit, vt iudex: vt in. c. fi. J. eo. tit. lib. vj. Vnde si post talẽ appellationem confirmaret, nõ valeret electio. & vide ad prædicta quod dixi in c. cum nobis. ℈. eo. & in. d. c. interposita. vbi plenè tractaui de effectu istius probationis oblatæ: & an & quando habeat iustificare appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus remittens causam ad delegantem, potest præfigere terminum partibus, in quo debeãt comparere coram delegante.*

2 *Nobilitas attẽditur in clericis secularibus, secus in religiosis. & vox nobilium est maioris authoritatis alijs.*

3 *Allegationes intelliguntur tàm facti, quàm iuris.*

4 *Iudex non debet ferre sententiam contra contumacem: nisi sibi cõstet de meritis causæ: saltem vnius partis, si alia est contumax.*

5 *Sententia lata à iudice minus instructo, est ipso iure nulla.*

6 *Iudex potest iudicare super notorio: licet non fuerit in actis deductum.*

7 *Notorium potest appellari, postquàm est conclusum in causa.*

Notorij appellatiõe venit notoriũ facti, & nõ iuris.

8 *Idoneus requiritur, quòd quis sit tempore, quo eligitur: sed si postea efficiatur idoneus, non releuat.*

9 *Dictio penè, ferè, quasi. &c. diminuit parũ de signo vel re, cui additur.*

10 *Electio facta à maiori parte de digno, præfertur electioni factæ à maiori parte de indigno.*

11 *Eligentes indignum sunt priuati ipso facto potestate eligendi pro prima vice.*

Conferens beneficium scienter indigno, est priuatus collatione.

12 *Electus ad aliquam dignitatem ecclesiasticam: an tempore electionis requiratur, quòd sit in sacris.*

CAP. XXII.

DVdum. ¶ Electus à maiori & saniori parte capituli, si est & erat idoneus tpe electionis, cõfirmatur: secus autem si erat indignus in ordinibus, scientia, vel ætate, & fuit sciẽter electus: electus aũt à minori parte si est dignus, confirmabitur. h. d. Prima pars ponit cõmissionẽ prius factam. Secũda ibi: *ipso verò*. ponit iudicũ processum. Tertia ibi: *cumque*. ponit vnius partis comparitionem & alterius contumaciam. ¶ Quarta ibi: *gestis*. examinat processum non plenè remissum, ob quam causam sub certa forma diffiniendũ cõmittit. ¶ Casus liter. Vacãte Præpositura ecclesię Colocen. xiiij. canonici elegerũt prepositũ sanctorum Apostolorũ. xxiiij. elegerũt præpositũ. S. Georgij. Super istis electionibus cã fuit cõmissa iudicibus sub hac forma: vt si de partiũ procederet volũtate, cãm terminarent eãdẽ: aliõquin eã sufficienter instructã remittãt ad sedẽ Apostolicã. Iudices verò citauerunt partes ad præsentiã suã: lit. contest. receperunt testes & examinauerũt eligentiũ cõscientias: & audiuerũt allegationes vtriusq;. tandẽ præpositus. S. Georgij, dixit, q̃ nolebat stare snĩæ eorũ: vnde iudices processum causę ad sedẽ Apostolicam destinauerũt, partibus terminũ statuẽdo, quo deberẽt in pręsentia dñi Papæ cõparêre: in termino cõstituto præpositus sanctorũ Apostorũ accessit ad præsentiã dñi Papæ: præpositus S. Georgij nõ venit, nec misit aliquẽ respõsalẽ. dñs Papa diligenter respexit, q̃ pro præposito sanctorũ Apostolorũ faciebat authoritas: pro præposito. S. Georgij numerus eligentiũ: cùm primus à. xiiij. secũdus verò. à. xxiiij. fuissent electus. cõtra præpositum. S. Georgij fuit propositũ, q̃ patiebat in ordinibus, in sciẽtia & ętate defectũ: sed quia allegatiões ipsius quas corã iudicibus allegauit, dño Papę pręsentatæ nõ fuerũt: non potuit intelligere qd ipse rñderet ad obiectũ. & sic cã non fuit sufficiẽter instructa remissa: & ideò ad diffinitiuã snĩam procedere nõ potuit: cõmittit ergo cãm sub hac forma vt si notoriũ esset, vel cõstaret per ea, quæ iam dicta erãt, q̃ præpositus. S. Georgij electionis tpe, pateretur defectũ, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in ætate, imponerent ei silentium super ista præpositura, non ob. ipsius absentia corporalis. & præposito sanctorũ Apostolorũ præpositurã adiudicaret: aliõquin cũ quasi à duabus partibus sit electus: & propter hoc appareat, q̃ bono zelo ipsum elegerint, impedimẽtis cessantibus ipsius prępositi. S. Georgij electionẽ cõfirmẽt alterius electiõe cassata. B. ¶ Not. j. q̃ habẽs dignitatẽ inferiorẽ põt eligi ad parem dignitatẽ: vacabit tñ prima post adeptionẽ secũdæ: vt in. c. de multa. de præbẽ. Habitus tamen dignitatis non impedit electionẽ.

1 ¶ † Secundò no. q̃ delegatus remittẽs cãm ad delegantẽ põt præfigere terminũ partibus, in quo debeãt cõparere corã ipo delegãte. Quod procedit etiã si literis cõmissionis hęc ptãs specialiter nõ fuerit attributa. venit em̃ hæc ptãs accessorie ad cõmissionẽ sibi factam. Quod tenuit hîc Io. An. & Inn. post prin. in c. fij. de accu. vbi de hoc. Itẽ no. q̃ etiã in electionibus factis ad dignitates inferiores, debet fieri triplex collatio. f. nũeri ad numerũ: meriti ad meritũ: zeli ad zelũ. & de his plenius in c. ecclesia. el. ij. j. e. ¶ † Itẽ no. tria q̃bus dr̃ quis cõsociũ in ecclesia præcellere: vt est dignitas, ętas, & receptionis tps. De. j. pone exẽplũ secũdũ Inn. & alios, si canonicus habet dignitatẽ annexã præbẽdę: vel est nobilior gñe, vel est literatior. ¶ Et no. ex hoc diligẽter, q̃ in clericis secularibus attendit nobilitas: & sic vox nobilis sit maioris authoritatis, quã plebeij: idẽ in literato. Pro hoc c. de multa. j. de præbẽ. in fi. vbi in collatiõe beneficiorũ hr̃ respectus ad nobilitatẽ & sciẽtiã, vt pinguius prouideat his, quã alijs. & vide gl. notandã. ij. di. c. lex. vbi dr̃, q̃ maiores natu dicunt nobilitate, dignitate, sciẽtia, & ętate. facit quod dixi in c. cõstitutus. j. de appel. In religiosis verò [a] nõ attendit nobilitas: vt leg. & not. in c. fi. de stat. re. ¶ Not. ex prædictis & ex text. q̃ antiquiores [b] in ecclesia dicunt pręcellere alios siue sit antiquitas respectu ętatis, siue respectu receptionis in ecclesia. Nã præsumitur pro senibus. Ad hoc text. in l. semper. ff. de iure immu. Itẽ prius receptus in ecclesia debet magis honorari, quàm posteà receptus: vt in. c. statuimus. de maio. & obed. In agendis ergo capitulariter vox istorũ, qui p̃cellũt dignitate, ætate, & tem-

ZACHARIAS.

b ¶ Electionē faciē dā. vide Bal. in. l. j. col. vlt. C. quā. non peten. par. vbi dicit, ꝙ qui nolūt cōgregari ꝓpter cōtumaciā, priuātur eorum voce. & habet locū ius accreſcēdi: quia ius eligēdi accreſcit præſentibus: & ſic ſecundū poteſt facere Rector ſtudij, ſi duæ partes ſcholariū nolūt cōgregari pōt priuare contumaces vocibus & præſentibus ac creſcēt: vide etiam Bal. in. l. ij. §. j. col. iij. C. coīa de le. vide etiā Bal. in margarita ſua in verſi. vocati. vbi dicit, ꝙ quādo aliqui ſunt cōtumaces pūtes pūt eligere, ſi volunt. & hoc eſt vtilius eccleſiæ propter moram.

c ¶ Et vicina. Adde Ro. cōſil. cxiiij. & xciiij. dicit tamen idem Ro. cōſi. cccxxx. ꝙ habēs mādatum ad admiſsionē poſtulationis, & ad abſoluēdum à vinculo prioris eccleſiæ, non pōt ꝓſilire ad actum tranſlatiōis. Et per hoc, qđ hîc dicit Abb. idē cōſi. lxv. dicit, ꝙ executoribus, qbus data eſt ptās contrahendi matrimonium, videt data poteſtas contrahendi ſponſalia.

d ¶ Prohibito. Vide. d. ia. in. l. ij. co. fin. ff. de iuriſ. om. iudicū. Abb. in. c. tranſlato. in princ. verbis. s. de conſtitu. in. c. ſi celebrat. de cleri. excōmu. mini.

hîc.& cõiter doc.ſequẽtes.& videt de mẽte Inn.in.c.cõſtitutus.de cõceſ.præbẽ.& vide quod ibi dixi. Nec ob.ſi dicatur,ꝙ in hoc vltimo caſu reuocatio deberet admitti etiã re non integra, ſoluto intereſſe:cũ hoc ſit de natura mandati:vt in.l.ſi pecuniã.ff. de condictio.cau.da. Hoc enim procedit ſecũdũ Inn.in prophanis,non aũt in ſpiritualibus,quæ nõ recipiunt rectã æſtimationẽ:iuxta not.in c.corã,de offi.dele. Et no.ſin.hoc dictũ.&ſatis placet mihi præmiſſa diſtinctio. Nam prima opi.probari videtur in.d.c. conſtitutus. intelligẽdo vt ibi dixi. Secũda opi.videtur probari hîc in tex.nam fortiſsimũ eſt ar.à contrario ſenſu:ex quo iure nõ reperitur cõtrariũ:vt in.c.cũ Apoſtolica.de his,quæ fi.à Præla.& not.in.c.publicatoj.eo. ¶ Quid aũt dicendũ in dubio,ſi nõ apparet,an fauore eccleſiæ,an verò perſonæ ſit data ptãs? Dicit hîc do. Anto. quòd debemus cõſyderare qd actũ fuit per prius,quaſi velit dicere: poſsibile eſſet,ꝙ cõpromiſſarij hoc petierunt ex gratia. Vnde licet verba cõmiſsionis nõ ſapiãt gratiã:tamẽ in dubio intelligũtur ſecundũ ea,quæ acta ſunt. Pro hoc allego.l.ſi præſes.ff.de pœ.&.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ff.de le.j. Si aũt nõ põt apparere per ea,quæ præmiſſa ſunt,dicit præſumẽdũ,ꝙ potius voluerit capitulũ prouidere eccleſiæ,quã facere gratiã cõpromiſſarijs.† quia gratia nõ eſt præſumẽda ſecundũ eũ.alleg.c.fi.j.de tranſla.Epiſcopi.ſed poſſet[a] allegari melius.l.cũ de indebito.ff.de proba.in fi. Et no.gl.in.l.cum quid ff.ſi cer.pet.quæ no.dicit,ꝙ ſi dico vni: Tolle hãc pecuniam. non præſumitur donatio:ſed potius mutuũ, vel depoſitũ: quia nemo præſumitur iactare ſuũ:vt in.c.ſuper eo.de regul.&.d.l.cũ de inde
11 bito. Et no.ex prædictis naturã iſtorũ cõpromiſſariorum. ¶ † In gl.fi.in fi. No.bene iſtam gl.in fi.nã ſentit hîc veram &cõem opin. quæ tenetur in.c.bonæ.ij.de poſtula.Præla. ꝙ poſtulãtes poſſunt recedere à poſtulatiõe ante,quã poſtulatio ſit ſuperiori præſentata.[b] Licet aliud ſit in electione:vt in.c.publicatoj.e. Et iſtum text. qui videtur obſtare,cum capitulũ nõ potuerit recedere ab illa poſtulatiõe,reſpõdet gl.quod obſtabat huic capitulo fides præſtita: quia promiſerat illis cõpromiſſarijs recipere illum,quẽ ipſi eligerẽt. Et ſic habes caſum no.in quo à poſtulatione nõ põt recedi etiã ante,quã ſit ſuperiori præſentata. Puto tamen,ꝙ ſi cõpromiſſarij cõſentirent reuocationi,quòd poſſet capitulũ ab illa recedere ante,quã eſſet ſuperiori preſentata:quia poſtulatus nõ põt prętẽdere intereſſe:cũ ſibi ius non ſit quæſitum:iuxta no.in.c.poſtulationẽ.de poſtula.præla. Et ex hoc poteſt ſolui aliud cõtrarium, quod formari poteſt de.c.ſcriptumj.eo.vbi patet,quòd poſtulatio non præfertur electioni,niſi ſit facta à duplo maiori parte. Solu. illud procedit quando poſtulatio & electio de diuerſis factæ concurrerent. hîc aũt deficiebat poteſtas in electoribus:quia eã trãſtulerãt in illos cõpromiſſarios:nec poterãt illam poteſtatẽ reuocare cùm
14 res nõ eſſet integra. ¶ † Sed circa prædicta & circa tex.dubitatur vtrũ in caſu,in quo põt poteſtas reuocari,qualis debeat eſſe reuocatio? Innoc.tenet,ꝙ debet eſſe expreſſa,nec ſufficit tacita. puta ſi capitulũ re integra ꝓcederet ad alium eligendũ. Niſi enim reuocatio intimetur ipſis cõpromiſſarijs, teneret electio ſecũdũ eum ar. in.l.ꝓponebatur.ff.de iud. Puto hoc dictũ Inn. procedere,niſi prę cederet electio capituli. Nã tũc non video quomodo poſsit tenere electio cõpromiſſariorũ,licet ignorauerint eam. Quoniam ex quo res eſt integra,poteſtas permãſit apud capitulum:vt in.c. dudũ.de præbẽ,li.vj. Secũda verò electio reperitur facta poſt primã ergo nõ debet tenere.ar.eius,quod legit & no. in matrimonio car
15 nali in &.c.fi.de ꝓcu.li.vj. † Et ex iſto tex.põt colligi vna notabilis differentia inter matrimoniũ carnale & ſpirituale. Nã ad cõtrahẽdum matrimoniũ ſpũale ſufficit dare mandatũ aliquibus in genere,vt hîc:ſed in carnali matrimonio oportet,quòd detur ſpeciale
c mandatũ ad cõtrahendũ cum certa perſona:[c] aliâs mandatum nõ eſt ſufficiẽs:vt eſt tex.no.in.l.generali.ff.de ritu nup.& eſt gl. not.
16 in prædicto.c.fi.quã tenebis ſemper mẽti. ¶ Vlterius quęritur,nũquid vnus ſolus de capitulo poſsit re integra reuocare cõpromiſſum? Inn.& Cõpoſt.dicunt, ꝙ ſic: quia ſicut à principio põt vnus ſolus reſiſtere,ne fiat compromiſſum:vt.ſ. dixi: ita vnus ſolus re integra debet poſſe compromiſſum reuocare: vt in.l. Vrãius.ff. de fideiuſ. Contrariũ tamẽ tenuit hic Gaſ.de Cal.quia ex quo compromiſſum eſt factũ per totũ capitulũ; cũ iſti cõpromiſſarij ſint quaſi ꝓcuratores iſti[g] capituli,& nõ iſtius ſingularis tantũ,nõ põt

a ꝟ SEB. SAPIA. ¶ Sed poſſet. Facit tex.in.l.ſi quãdo.in prin.C.de inofficioſi.teſta.cũ alle.per gl.& alle.per Mod.in.l.ex facto.in prin.ff.de vul.&pup.

b ¶ Præſentata. Adde Pe.de Ancha.conſi.ccxj.

c ¶ Certa perſona. Adde,vt per An.de but.conſi.lxv.

d ZACHARIAS. ¶ Plus placet mihi. Adde pro iſta opi. Ro.conſi.cccl.ij.col.iij.verſi.quo ad tertiũ. Old.cõſ.cxx.& Feli.in.c.j.colũ.j.ver. quæ ſit verior.de maio.& obediẽ.& Car.mãdag.expreſsè tenẽtem in ſuo trac. de elect. parte. j. cap. xlix. vbi aliqd & ĩ gl.vbi tenet,ꝙ ſolus nõ tãtũ cõpromiſſum reintegra reuocare nõ põt: ſed nec minor pars.

ipſe ſolꝰ reuocare. Et hoc dictũ plꝰ placet mi-
d hi:[d] qa ex quo cõpromiſsũ[e] ſemel tenuit, oportet ꝙ maior pars cõcurrat in reuocatiõe. ar. in
e c.j.de his,quæ fi.à ma.par.ca.&.l.quod maior.
17 ff.ad muni. ¶ † Item quæritur,quid ſi vnus ex
f compromiſſarijs eſt excõicatus,[f] nunquid vitiaretur tota electio? Cõcludũt cõiter doct.ꝙ aut eſt excõicatus publicè:& nõ tenet electio, etiã aliorũ. ar.in.c.fi.de ꝓcu.&.c.ad probãdũ. de re iud. Si aũt eſſet occultè excõicatus,&tũc nõ remanet maior pars in non excõicatis:puta,quia erãt duo cõpromiſſarij: & tũc etiã nõ tenet electio. ar.in.l.pedius.ff.de arbit.ſecus ſi maior pars remãſiſſet in alijs. ad qđ facit qđ no.in.c.illaj.eo.& in.d.c.fi.de ꝓcu. Et hæc no. quia põt adduci ad alios actus explicãdos per vniuerſitatem, vtrũ excõicatio vnius inficiat totũ,qđ fit ab vniuerſitate.& dicẽdum eſt,vt ſ.& plenius dixi in.d.c.illa.& in.d.c.fi. Abbas.

e ¶ Cõpromiſſum. Hæc opi. videt verior per regulã, ꝙ ſolẽnitas,quo requ-
ritur in actus celebratiõe requiritur etiã in eius reſolutiõe: aut. ecõtrà ſi filij:& ibi Bart. ad hoc nota. C. de repu. gl.in.l. tria prędia. vbi Pau. de ca. ff. de ſer. ruſt. prædio. no. Bar. in. l. actor,in penul.col. ff. rem ra. hab. not. do. Iaſo. in. l. quod iuſsit. col. iij. ff. de re iudica. & alibi ſæpe.

f ¶ Excõicatus. Adde, vt per Ro, cõſ. ccccvj. vbi ponit de reſcripto impetrato à duob⁹, quorũ vnus erat excõmunicatus.

ZACHARIAS. ¶ Adde, quod voluit Alex. cõſ. ccccvj. ad fi. & adde eũ dẽ Ro. ſing. dccxviij. inci. nũquid reſcriptum. vbi concludit, ꝙ ſi eſt impetratũ reſcriptũ ſuper re cõi, ꝙ tũc valet ꝓ parte illi⁹, qui nõ eſt excõicatus: ſecus ſi ſup re cõi indiuiſibili: qa tũc nõ valet. alleg. Ioã. And. in. c. vtile. in ſua nouel. de re. iur. Tu adde eundem in ca. j. de reſcrip. li. vj. & Fel. in. c. venerabilem. col. ij. ver. fallit. ij. de excep. Anto. Franciſ.

¶ Et adde, quòd in materia ſeparãbili & diuiſibili nũ quã vtile vitiatur

SVMMARIVM.

1 *Electio canonicorum de conſuetudine poteſt pertinere ad ſolum capitulum.*
2 *Lis poteſt eſſe inter epiſcopum & capitulum abſque eo, quòd capitulum habeat curatorem ad litem.*
4 *Libellus poteſt continere plures petitiones cõtra eundem reum.*
5 *Poſſeſsio antiquior habet præſumptionem pro ſe.*
6 *Conſuetudo generalis, an debeat extendi ad loca particularia.*
Præſcriptio requirit titulum.
7 *Poteſtas conferendi præbendas non deuoluitur in ſuperiorem propter negligentiam, ſi ibi non eſt diuiſus certus numerus præbendarum.*
8 *Collatio beneficiorum, vel dignitatum, ad quem ſpectat de iure communi.*
9 *Parochiani vtrum præſumantur patroni, ſi ſunt in poſſeſsione præſentandi, & non reperitur alter patronus.*
10 *Conſuetudo præfertur iuri communi, etiam in prouiſione beneficiorum.*
11 *Iniuria non committitur ab illo, qui vtitur iure ſuo.*
12 *Habentes poteſtatem eligendi, ſi intra tempus præfixum non eligunt, tranſmittunt poteſtatem eligendi in ſuperiorem, etiam ſi ſunt diſcordantes in eligendo.*

CAP. XXXI.

1 CVm eccleſia, ¶ † De conſuetudine poteſt canonicorũ electio ad ſolũ capitulũ pertinere. h.d.& ſolet quotidiè allegari. Primò ponitur conſultatio. Secũdò reſpõſio ibi: *mandamus*. Caſus literalis. Eccleſia Vulterana canonicorũ obſequo longo tẽpore fuerat deſtituta. vnde Vulteranus Epiſcopus quoſdã canonicos elegit, & inſtituit in eadẽ:ſed canonici eos recipere nolebant,dicẽtes ꝙ talis electio in eorũ fuerat præiudiciũ attentata. ꝓpter quod epiſcopus cõtra canonicos illos literas Apoſtolicas ad florentinũ Epiſcopũ impetrauit, coram quo petebat

per inutile: aliâs ſecus. vide Bar.& doct.in.l. Græcè.§. illud. ff. de fide,& vide quæ habentur in.c. Maſſana.& in.c. ſacroſan. de ele. qñ inhabiles admittũtur cum habilibus ad electionem, an vitietur tota electio, vel actus qui fit.

a ¶ Debito obſeqo. Adde Cald.conſi. xxiiij. de ſtatu re.

b ¶ Vnū. Adde eundem conſil. xxxviij.ij.li.

SEB. SAPIA.

c ¶ Etiã ſuperioris. Facit tex.in.l.delator.ff.de iure fiſ.& in.l.at qui natura. §.cum me abſente.ff.de neg.geſtis vbi gl.Dicit Bal.in l.fi.in fin.C. ſi quis aliquẽ teſt.prohibue.q̃ ſi quis ꝓcurat vtilitatẽ ſuã honeſta cauſa,nõ dicitur alicui facere iniuriam.

d ¶ Particularia. Ad de Fran.Aret.conſil.cv.

SEB. SAPIA.

e ¶ Cõſuetudo. Vide Bar. in repeti.l. ij.q.xxxvj.C.quæ ſit lõga conſuetudo.Iaſ.in.l.oẽs populi.in.ij.lec.colũ. ix.ff.de iuſt. & iu. Laurẽtiũ Calca.in conſi.ij.col.xxiiij. vbi tradũt, q̃ conſuetudo vnius ciuitatis vel loci extenditur ad oppida& loca particularia illi ſubiecta:dũmòdo nõ habeãt propriã cõſuetudinẽ. vide etiam Are. in cõſi.xliiij. in ꝓpoſita cõſultatiõe. & latius in conſil. cx iiij.clariſsime&excellentiſsime doc. Corne. peruſi. in conſi.cccxix.circa primũ.col.xj. volu.iij.vide etiam.d. d. And. Sicu.in.c. fi.colũ.xxxj.poſt d.Ant. ſ. de cõſuetu.& latius ibi per illuſtrẽ præceptorem meum dñm Rochũ Curtium char.xxvij.colũ.j. verſi.ſecundò amplia.

ZACHARIAS.

f ¶ Ad Eꝑm &capitulum ſimul.vide per Car.in cle.j.q. xiiij. vt lite pendẽte.Et inquantũ dicit ad capitulum ſimul:dic tu hoc eſt iure ſpãli:vt p eundem Card.in cle.ſi de beneficio. de præben.in fi.

A Eſt gl. ſingul. in clem quia cõtingit. in verb. electiõe. de relig. domi.

B Idẽ Fely.in.c.cũ acceſsiſſent. in fi. ſ. de cõſt.

C Vide iſtum melius in. c. fi. col.pe. ſ. de conſuetud.

D Facit text.in.c. fi tibi abſ. dẽ præb. libr. 6. & melius in c. capitulũ. de cõceſ. præb. eo.libr.6.

Epiſcopus,vt canonicos ꝓhiberet ab iniuria, quã faciebãt eidem ſuper electiõe dictorũ canonicorũ.Secũdò petebat,vt canonici ipſum Epiſcopũ iure electionis libẽrẽ vti decæterò paterentur.Florẽtinus Epiſcopus lite ſuꝑ prę dictis articulis cõteſt.& receptis ꝓbatiõibus vtriuſq; partis,dubitauit qualiter ſuper prædictis deberet ꝓcedère: cõſuluit dominũ Papam cãm inſtructã remittendo ad ipſum.Ipſe reſpondet eidẽ,vt ſuꝑ primo articulo, in quo petebat Epiſcopus,vt canonicos ꝓhiberet ab iniuria,quã faciebãt eidẽ ſuper electione prædictorũ canonicorũ,abſoluat canonicos vulteranos ab impetitiõe Epiſcopi.Quia non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo: cũ per teſtes lõgè melius ſit probatũ, q̃ canonici illo iure ſunt vſi ante,quã Epiſcopus Vulteranus.In ſecũdo articu.quo idẽ Epiſcopus petebat,vt paterẽtur Epiſcopũ vti liberè decæterò iure electiõis,abſoluit ſimiliter canonicos prædictos:cùm ſit notoriũ,q̃ in Tuſcia generalis cõſuetudo ſeruetur:vt canonici in cathedralibus eccleſijs irrequiſito Epiſcopo eligendi canonicos habeant poteſtatẽ.B. ¶ No. ibi: *debito obſequi &c.* iuncta gl.j. q̃ licet in eccleſia non ſit ſtatutus numerus canonicorũ: nihilominus non põt illa eccleſia defraudari debito obſequio canonicorũ. Et dic, q̃ dicitur de fraudari habito reſpectu ad cõſuetudinẽ eccleſiæ: vt ſi conſueuerunt eſſe plurimi canonici: nunc aũt ſunt pauciſsimi. Et idẽ ſentit gl. in.c. ex parte Aſtenſis.de conceſ.præben. in fi.vide quod ibi dixi.& in hoc tenẽmenti iſtum text. etiã pro eccleſijs regularibus,in quibus regulariter nõ ſolet eſſe certus numerus canonicorũ. Nam ex cõſuetudine antiqua põt deprehẽdi vtrũ eccleſia fraudetur in debito obſequio[a] monachorũ. & adde quod dixi in dicto ca. ex parte. ¶ † Secũdò no.ibi: *eligit&inſtituit.* q̃ electio canonicorũ põt ꝓtinere ad vnũ[b] tm̃:puta ad Eꝑm.Nã hoc obtinuiſſet epiſcopus: niſi canonici habuiſſent meliores ſicut ex conſuetudine poteſt electio canonicorum pertinere ad ſolum capitulum:ita probationes. Probat ergo per iſtũ tex.ſic inductũ:q̃ põt ꝓtinere ad ſolũ Eꝑm:vt hîc.& facit.c.ea noſcit j. de his q fi.à Præla.Põt etiã ꝓtinere de iure ſpeciali ad aliũ prælatũ:vt in.c.fi. de inſtitu. vbi donatio prębẽdarũ in eccleſia patracẽ.ꝓtinebat ad quẽ dã Abbatẽ.Dixit tamẽ hîc Hoſt. quòd nõ propriè dicit electio:cũ ꝓtineat ad vnũ, ſed potiꝰ canonicorũ[A] creatio.Hoc dictũ puto ꝓcedere,qñ nõ expectaret alteriꝰ cõfirmatio.Nã põt receptio ſeu creatio ꝓtinere ad capitulũ ſine alia cõfirmatiõe ſuperioris.& ex ſola receptione creat ius canoniæ.facit.c. cũ in eccleſijs. de præbẽ.li.vj.& qd̃ no.Inn.in.c.trãſmiſsã.ſ.eo. ti.vbi vide. Sed ſi expectat alteriꝰ cõfirmatio: puta,qa ſic habet cõſuetudo:vel priuilegium, tũc põt dici electio,licet ad vnũ ꝓtineat.Nã& patronꝰ dicit quodãmodo eligere:vt in.c.nobis.de iurepa.quia.j.eligit & poſteà prẽſentat. vñ ex quo expectat cõfirmatio ſupioris,debet dici electio,&nõ creatio.Sed dictũ Hoſt. ꝓcedit quo ad iſtũ tex. in quo eꝑs prætẽdebat ptã tẽ creãdi canonicos.[3] & vide Inn. vbi.ſ. † No. iij.q̃ cã põt eſſe in iudicio inter eꝑm & ſuũ capitulũ abſq; eo,q̃ cap.deꝰ curator ad litẽ.licet gl.aliud ſenſerit in.c.ſignificauit j.de ap.&vide

4 quod ibi dixi. ¶ † No.iiij.q̃ libellus poteſt continere plures petitiones contra eundum reum.concordat.c.veniens. de prẽſcrip.& c.querelam.ſ. eo.cum ſi.No. v. q̃ vtens iure ſuo, non dicitur alicui facere iniuriã,licet reſiſtat volũtati etiã ſuperioris.[c] Quia iniuria eſt,qñ aliqd nõ iure fit in dedecꝰ alteriꝰ:vt in.l.j.ff.de iniur.ſed ex quo qs prætẽdit habere ius,nõ dicit facere iniuriã. Ad idẽ bo. text.in.l.ſi factũ.§.non vr̃.ff.de re.iu.vbi dicit,q̃ nõ vr̃ vim facere, q cõtẽdit in iudicio actiõe ordinaria.&in hoc no.iſtũ tex.iũcta gl.

5 iij. ¶ † No.ibi: *ante,quã epiſcopus memoratus.* q̃ ꝑſumẽdũ eſt ꝓ eo,q ✱ꝓbauit[B] antiqorẽ poſſeſsionẽ,ad qd̃ vide qd̃ no.Inn.in.c.ſæpe.de re.ſpo.&qd̃ legit & no.in.c.licet.de ꝓba.&ꝑ Bar.in.l.cũ quęrebat

6 C.vñ vi. ¶ † No.vl.ibi:*generalis conſuetudo.* q̃ cõſuetudo generalis ꝓuinciæ debet extẽdi ad loca particularia ipſiꝰ ꝓuinciæ.Dixit tñ hîc Egidi.q̃ nõ ſufficeret gñalis cõſuetudo ſine ſpeciali cõſuetudine particulariũ locorũ.Hoſt.tñ in contrariũ adducit.c.ſuꝑ eoj.de cẽſi.&.c.fi.de offi.Arch.&ita trãſeũt doct.Sed tu dic clarius &melius,q̃ generalis cõſuetudo non debet extẽdi cõtra ius cõmune ad

d loca particularia,[d] in qbus nõ eſt talis cõſuetudo[e].Et idẽ puto,vbi

e cõſuetudo gñalis eſſet aliãs multũ onerosa: qa nõ debet extẽdi cũ præiudicio illorũ,q fuerũt diligẽtes in nõ admittẽdo talẽ cõſuetudinẽ:vt no.voluit Inn.in.c.fi.de off.Archidia. Pro hoc facit regula,odia.de reg.iu.li.vj.&.c.cũ cõtingat.de deci. &.l. qd̃ verò cõtra rõnẽ.ff.de le.Et in his caſibus põt ꝓcedere opi.Egid.Nã iſta cõſuetudo,q̃ canonici eligãt canonicos irrequiſito eꝑo,eſt cõtra ius:vt ſtatim dicet ſuꝑ gl.ergo cõſuetudo gñalis ꝓuinciæ nõ ſufficit,niſi adſit etiã cõſuetudo ſpãlis loci.Et ad iſtũ tex. dic, qd̃ capitulũ hîc nõ fundabat ſe ſolũ ſuꝑ hac cõſuetudine generali,ſed ſuꝑ alijs probatiõibus,quas induxit:per quas ꝓbauit intẽtionẽ ſuã: vt patet in j.parte.c.in fi.Vñ cõſuetudo gñalis ſolũ hîc adminiculabat intẽtionem capituli:iõ tex.dicit:maximè ſi ſit notoriũ.&c. ¶ Idẽ em̃ fuiſſet ſi nõ cõcurriſſet cõſuetudo gñalis:& hoc ꝓpter ꝓbatiões capituli Sedvbi cõſuetudo nõ eſt cõtra ius:nec aliter onerosa:tũc in dubijs particulariũ locorũ recurrẽdũ eſt ad cõſuetudinẽ generalẽ ꝓuinciæ.& hoc caſu loqtur.d.c.ſuꝑ eo. Aduerte, qa ꝓpriè iſta nõ erat cõſuetudo,quatenus capitulũ vult acqrere iura cõtra eꝑm:ſed potius eſt ꝑſcriptio.De cuiꝰ natura eſt detrahere vni & acqrere præſcribẽti.Vñ in tali cõſuetudine impropriè dicta reqreret titulus, ſicut in ꝑſcriptiõe.De quo habes gl.ſin.in.c.iij.de cõſue.li.vj.quæ

✱ſic debet intelligi & limitari.& vide ibi latius p Io. An.in[C] nouel

7 la. ¶ † In gl.j.ibi:*quia non erant diſtinctæ præbendæ.* vult ergo gl.&bene,q̃ vbi nõ ſunt diſtinctæ præbẽdę,ſeu certus numerus ꝑbẽdarũ & canonicorũ: ibi nõ fit deuolutio poteſtatis ad ſuperiorẽ ex negligẽtia habẽtis ꝓuidere,ſeu cõferre.Et hoc probat in.c.ij. iuncto c.ex parte.de cõceſ.præbẽ.Nã deuolutio poteſtatis fit:vbi bñficiũ vacat:vt in.d.c.ij.Sed vbi nõ eſt certus numerus:nõ eſt dare vacationẽ:vt in.c.dilecto.de præbẽdis.&id,qd̃ tenet hîc gl.ſequtur apertius hic Inn.dicẽs,q̃ vbi præbẽdę nõ ſunt diſtinctæ,nõ põt eꝑs ſupplere negligẽtiã:licet poſsit cõpellere habẽtes ꝓuidere p cẽſuraꝫ eccleſiaſticã.Sed Hoſt.dicit & melius,q̃ licet deuolutio hoc caſu nõ fiat ipſo iure:põt tñ eꝑs aſsignare terminũ canonicis intra quẽ debeãt eccleſiæ ꝓuidere de miniſtris.qd̃ ſi nõ fecerint poterit eꝑs la-

✱ꝑſo termino ꝓuidere.ar.op.in.c.irrefragabili.§.exceſſus[D].de offi. or.&.c.quãto.&.c.ad reprimẽdã.e.ti.&.c.ſignificaſti.de offi. dele. facit tex.ix.q.iij.c.cũ ſcimus.& hoc dictũ cõiter tenet.&idem dixi in.d.c.ex parte Aſtẽſis.& iſte eſt optimus modus ſupplendi negligẽtiã inferioris,etiã in alijs iuribus præſcriptis contra eꝑm.Videt eiñ data poteſtas inferioribus inqtũ ſunt ſoliciti in ea explicãda. iõ data negligẽtia modo prædicto,põt Eꝑs ſupplere: vt in iuribus præalle.& hoc no. ¶ In gl.ij.ibi: *dico,quòd de iure communi ſimul ad epiſcopum & capitulum pertinet collatio beneficiorum &c.* Põdera verba gl.nã cũ in prin.formauerit quæſtionẽ de collatiõe præbẽdarũ dũtaxat:nũc aũt vr̃ gñaliter cõcludere,vt omniũ bñficiorũ collatio ꝓtineat de iure cõmuni ad eꝑm & capitulũ ſimul.[f] Sed quatenus loquitur generaliter,malè dicit.nec.c.nobis. quod allegat hîc ꝓbat.imò cõtrariũ dicit:cũ dicat patronũ debere prẽtare inſtituẽ dũ eꝑo:& nullã mẽtionẽ agit de capitulo.Itẽ cõtra gl.eſt text.in.c. cũ ex iniuncto.in fi.de hære.vbi dicit, q̃ inſtitutio & deſtitutio ꝑſonarũ pertinet ad eꝑm.Ad idẽ.c.nouit.&.c.quãto. de his, quæ fi. à.præla.vbi in inſtitutiõibus & collationibus ſolũ mãdat ingri ca

pituli

pituli cõſiliũ. Sed fortè gl. voluit intelligere de collatiõe præbẽdarũ eccleſiæ cathedralis: ſed vſa fuit vocabulo nimis gñali. † Et qm̃ ꝓ hac materia ſemp fit remiſsio ad iſtud capitulũ, ꝓſequar latius eã vltra alios. Vñ gñaliter cũ quæriť ad quẽ de iure cõi pertinet ꝓuiſio dignitatũ & bñficiorũ: dic, ꝙ aut quæriť de p̃laturis eccleſiarũ collegiatarũ: aut de beneficijs inferioribus. ¶ Primo caſu in eccleſijs cathedralibus olim p̃tinebat ꝓuiſio ad ſolũ Romanũ pontificẽ: in inferioribus aũt p̃tinebat ꝓuiſio ad Epiſcopum loci. ſed poſteà tractu tp̃is fuit per Papã data poteſtas cuilibet collegio eligẽdi ſibi p̃latũ, ſiue ſit eccleſia cathedralis, ſiue inferior: vt in c. j. ſ. e. in c. ne pro defectu. &c. qa ꝓpter j. e. & xvj. q. vij. c. cõgregatio. Et de p̃dictis vide bo. gl. in c. q̃quã. de elect. li. vj. & p̃ Io. an. in regula, qđ alicui gratioſè. de re. iu. li. vj. in mercu. præſertim in ſolutiõe quæſtiõis. Et poteſtas cõfirmãdi electos fuit data ſuperiori immediatè. vñ electionẽ Abbatis confirmabat Eps loci. xviij. q. ij. in c. j. Electionẽ verò epi cõfirmabat Metropolitanus: vt in c. ſeq. & electionẽ Metropolitani cõfirmabat Patriarcha ꝓprius: vt in c. anti qua. de priuile. Electionẽ verò patriachæ cõfirmabat ſolus Papa: qa nõ eſt dare aliũ ſuperiorẽ: [a] vt ibi. Secundo caſu principali, cùm quæriť de ꝓuiſiõe aliorũ bñficiorũ, ſubdiſtingue, ꝙ aut quæriť de bñficijs ſitis in eccleſia cathedrali: aut de beneficijs ſitis in eccleſijs collegiatis inferioribus: aut de bñficijs ſonãtibus in nomẽ rectoriæ. ¶ Primo caſu, aut quęriť de præbẽdis ipſius eccleſię cathedralis: aut de dignitatibus ibidẽ ſitis. Primo mẽbro. ſ. circa præbẽdas eccleſiæ cathedralis, tres reperiũtur principales opiniões. Vna habet, vt pertineat collatio ad eꝑm cũ cõſenſu capituli: & hãc tenuit Cõpoſt. hic, ꝓ qua j. de his, quę fiũt à p̃la. c. ea noſcit. ¶ Secũdã opinionẽ tenuit hic Hoſt. dicẽs, ꝙ eps habet hoc facerè cũ conſilio tñ capituli. Pro hoc c. nouit. & c. q̃to. de his, q̃ fiũt à p̃la. Niſi oĩa bona poſsiderẽtur ſimul p̃ prælatũ & capitulũ: qa tũc ſimul haberẽt explicare. Vel niſi intereſſet alicui [9] ſpecialr: qa tũc haberet eps hoc facere cũ cõſenſu illi [9] p. c. ad hæc. in fi. de off. Arch. Tertia opi. poniť hîc in gl. vt ſimul p̃tineat ad eꝑm capitulũ. & hęc opinio differt à p̃cedẽtibus. Aliud eñ eſt qđ ſimul habeãt cõferre: aliud qđ eps cũ cõſenſu capli: vt legiť & no. in c. vnico. ne ſede vacante. li. vj. Et hãc opinionẽ, ꝙ ſimul p̃tineat ad vtrũq; : tenet gl. in c. irrefragabili. de off. ord. & in c. fi. de ſup. negligẽ. prælato. & in c. j. xxj. diſt. & c. diſt. c. j. ver. poſt ſecũdã. Secuti ſunt hîc Phili. Vincẽ. & Goff. Et ꝓ iſtis facit ſecũdũ Io. An. in c. qđ q̃buſdã. de fideiuſ. & c. qa nõnullis. ſ. verũ j. de magiſtris. & quodãmodo docto. & moder. trãſeunt cõiter cũ hac opi. Dñi de Ro. tetigerũt deciſi. clx. potius recitãdo opinionẽ iſtã, q̃ diſponẽdo. ¶ Ego dicerẽ ſic: ꝙ aut cõſtat præbendas fuiſſe inſtitutas de bonis cõmunibus eccleſiæ: aut de bonis alicuius priuatæ p̃ſonæ, quæ illas inſtituit retinendo ſibi patronatũ. Aut dubitať, de q̃bus bonis fuerũt inſtitutæ. Primo caſu, qñ ex bonis cõibus eccleſiæ, placet mihi opi. iſtius gl. vt ſimul ad vtrũq; p̃tineat creatio: ſeu præbẽdarũ collatio: tũ, qa intereſt oĩm de eccleſia habere canonicos gratos. Vñ cũ in hoc caſu cõcurrãt duo vincula: dicamus, ꝙ ſimul habeãt ꝓuidere p̃ illã regulã gñalẽ, qđ oẽs tãgit: ab oĩbus debet approbari: vt in d. c. ad hæc. Sed in eo caſu, qñ præbẽdæ habẽt patronũ, puto ꝙ patronus habeat eꝑm præſentare: iuxta no. in c. nobis. de iurepatro. Sed eps inſtituet cũ cõſilio, vel ſaltẽ cũ cõſenſu canonicorũ: ſed principaliter inſtitutio p̃tinet ad eꝑm. ar. opt. in c. nullus. xvj. q. vij. & potius requrerẽ conſiliũ, quã cõſenſum. ar. c. nouit. c. quãto. de his quæ fiunt à præla. & hoc caſu ꝓcedat opi. Hoſti. In tertio verò caſu, cũ ſumus in dubio, tenerẽ adhuc iſtã gl. qa in dubio p̃bendæ præſumunť inſtitutæ ex bonis cõibus eccleſiæ: vt in ſ. fi. xij. q. j. Et pro hoc mẽbro & j. adde, qđ no. Inn. in c. dilecti. de maio. & obediẽ, vbi no. dicit, ꝙ dignitas & iura eccleſiæ poſsidentur pariter p̃ eꝑm & capitulum. arg. in ca. cũ clerici j. de verbo. ſig. ¶ Idẽ, qđ. ſ. puto in ꝓuiſione dignitatũ ipſius eccleſiæ cathedralis eiſdẽ rõnibus. [b] Licet doct. hîc nihil dicã circa ꝓuiſionẽ ipſarũ dignitatũ. In tertio mẽbro, ſcilicet circa ꝓuiſionẽ inferioris bñficij ipſius eccleſię cathedralis: puto, ꝙ ſolus eps poſsit illa cõferre, etiã ſine cõſenſu, vel cõſilio capituli: qa iſta minora explicat eps ex ſuo officio generali. Quod videtur voluiſſe Inn. in. d. c. nouit. ſeu in c. quãto. e. ti. de his, quæ fiunt à præla. & facit quod ipſe Inn. no. in c. fi. de maio. & obed. vbi dicit gñaliter, ꝙ iſta minor explicat rector cuiuſcũq; vniuerſitatis ex ſuo officio ſine ipſa vniuerſitate. ¶ Quo ad ſecundũ caſum, ſcilicet cũ quæriť de ꝓuiſiõe bñficiorũ, ſeu præbẽdarũ eccleſiæ collegiatæ inferioris. Io. Cald. tenuit hîc, ꝙ prælatus & capitulũ illius eccleſiæ irreqſito eꝑo prouidebũt ſicut peragunt alia ipſius eccleſiæ negotia. Nec eſt tãta cõio inter eꝑm & eccleſiã inferiorẽ ſibi ſubiectã: quanta inter eꝑm & eccleſiã ſuã cathedralẽ: vt in c. requiſitij. de teſt. Meritò aliud dicẽdum in præbẽdis eccleſiæ cathedralis, quã in præbẽdis eccleſiæ inferioris. Prouideat ergo prælatus & capitulũ illius eccleſiæ, ſicut aliorũ bonorũ habẽt adminiſtrationẽ. & hæc fuit opinio principaliter Hoſti. in c. ij. de inſt. [c] ¶ Dñi de Ro. in d. deci. clx. fuerũt varij. nã qdã tenuerũt, ꝙ præſentatio p̃tinet ad Prælatũ & capitulum illius eccleſiæ inferioris: inſtitutio verò ad ipſum Eꝑm loci. Sed collector deciſionũ tenet prędictẽ opinionẽ: vt p̃tineat ꝓuiſio ad Pręlatum & capitulũ illius eccleſiæ. ¶ Ioã. de Ligna. hîc tenuit opinionẽ prædictẽ: vt præſentatio p̃tineat ad eccleſiã inferiorẽ, & inſtitutio ad epiſcopũ. & hãc ſecutus fuit Federi. de Senis, conſilio. ccxxxij. vbi plenius videas. Et mihi placet hæc vltima opinio: qa iura generaliter dicunt ꝙ inſtitutio beneficiorum pertinet ad eꝑm: & quòd habet ꝓuidere de præbẽdis & alijs beneficijs. Ad hoc bonus tex. in c. nullus. xj. q. vij. & in d. c. cũ ex iniuncto. Optimè facit. xvj. q. v. in c. j. vbi no. ꝓbatur, ꝙ etiã ſi alienus eps capellã cõſtruat in aliena Diœceſi, reſeruať ſibi dũtaxat præſentatio, ſicut cuicũq; patrono priuato. Inſtitutio verò & alia iura eꝑalia reſeruantur eꝑo loci. Ergo præſuppoſito, ꝙ ex bonis eccleſiæ inferioris fuiſſent inſtitutæ præbẽdæ ex quo tñ ſunt bona redacta ad ſpiritualia beneficia, debet inſtitutio p̃tinere ad Epiſcopũ. Sed vbi præbẽdæ nõ eſſent annexæ canonicatibus: ſed cõſiſterẽt in mera tẽporalitate tunc tenerẽ opinionẽ cõtrariã: vt inſtitutio canonicorũ pertineret ad eꝑm & præſentatio ad eccleſiã inferiorẽ. ¶ Tertio & vltimo caſu, cum quæriť de beneficijs ſonãtibus in nomẽ rectoriæ, dico, ꝙ de iure cõmuni collatio, ſeu inſtitutio p̃tinet ad ſolũ eꝑm, q̃ in maioribus beneficijs ꝓuidebit cũ cõſilio capituli ſui: in minoribus ſine cõſilio: vt legiť & no. in d. c. quanto. Et ſi beneficia iſta habẽt patronũ, fiet præſentatio per eũ ipſi eꝑo: vt in dicto. c. nobis. Aduerte tñ, qa qñq; beneficiũ, ſeu capella eſt fundata in ipſa eccleſia inferiori: & tunc puto, ꝙ ratiõe fundi rector ipſius eccleſiæ habebit præſentare vnà cũ patrono. Nã rõne fundi acquiritur iuſpatronatus: vt in dicto. c. nobis. & plenẽ per gl. xvj. q. vij. in c. piæ mẽtis. & vide qđ no. gl. lxxxiij. diſt. c. j. tetigi in ca. ad audiẽtiã. el j. de eccle. ædificand. vbi vide. Si aũt capella eſt ædificata extra eccleſiã, in parochia tamẽ alicuius eccleſię. Et tũc diſtingue, quòd aut eccleſia parochialis cõtribuit in dote, & habet præſentationẽ vnà cũ patrono: vt eſt tex. in. dicto c. ad audientiã. Aut nihil tribuit: & tũc nõ põt prætendere etiã præſentationẽ: vt probatur à cõtrario in dicto. c. ad audiẽtiam. ſed hoc caſu præſentatio pertinet ad patronũ, ſi ſupereſt. Si autem nõ conſtat de patrono dixerũt quidã quòd præſentatio pertinet ad parochianos. Sed tu tene, ꝙ libera collatio p̃tinebat ad Epi-

SEB. SAPIA.

a ¶ Aliũ ſupiorem. Ad quem ſpectet ꝓuiſio p̃bendarũ ſitarũ i eccleſia collegiata & cathedrali: vide Goff. & Hoſt. recitatos p Io. And. i. c. poſtulaſtis. j. de cõce. p̃b. vbi etiã bo. tex. in iſta materia. Pondera etiam text. in c. pe. ne fede vacã. videtur probare, ꝙ collatio prębẽdarũ eccleſię cathedralis pertinet ad ſolũ epiſcopũ: intelligẽdo illũ tex. ꝓut intelligunt ibi oẽs doc. & latiſsimè de hac materia vide. d. Io. de Selua in trac. de bñficio. in. ij. parte. q. xxij. vbi pulchrè reaſſumit omnes caſus.

b ¶ Eiſdẽ rõnibus. Vide Dñicũ i. c. de liberatiõem in. iiij. no. vbi Philip Frã. in primo. de offic. leg. li. vj. Old. i cõſ. cxlvj. factũ tale eſt. ¶ De iſti. Pro hac opi. videtur bonus tex. i. c. ſignificatũ eſt. & ibi not. Io. de Imo. de p̃bẽ. vi de Fel. in. c. cũ venerabilis. in. xj. & xij colũ. j. de excep. & Cardi. in. cle. j. verſ. Abbate. de ſta. mona. vbi idẽ tenet, ꝙ Hoſtiẽ. vide Lap. alleg. vlti. & Rotã in nouis, ſub tit. de cõceſ. p̃ben. deciſi. iiij. incip. de collatiõe præbẽdarũ. & in antiquioribus ſub titu. de p̃ben. deciſio. vij. incipi. quæritur. & vtro biq; concludiť, ꝙ ad ſolũ collegium pertinet.

scopum & idem dicendũ de ipsa ecclesia parochiali, si non cõstat habere patronũ. & no. voluit Inn. in c. cũ venerabilis. in fine. de exceptioni. Io. And. in c. vnico. de capel. monacho. lib. 9 Sexto. † An aũt parochiani præsumantur patroni, si sunt in possessione præsentãdi: & non cõstat de alio patrono: vide quod no. Ioã. An. in dicta regula. quòd alicui gratiosè. & facit ad materiam. c. j. de religio. domibus. Adde tamẽ ad prædicta gl. fin. in c. eam te. de æta. & qualita. quæ dicit, quòd si ecclesia parochialis ædificat in fundo suo aliam ecclesiã, poterit ibi ponere vicariũ. Et Prælatus maioris ecclesię erit Prælatus vtriusq;. Sed illã gl. intelligerẽ, quando ecclesia parochialis ædificauit sibi capellã vicinã, quasi in adiutoriũ sui: non aũt, vt esset beneficium per se stans. Nam tunc de necessitate habebit ibi præsentare rectorẽ perpetuũ quod sentit ibi Inn. sicut seruatur in quolibet rectore: prædicta procedunt in institutione beneficiorũ secularium. ¶ Quid aũt in reformatione ecclesiarum regulariũ, ad quem pertinet creatio: vide gl. sing. in c. fin. de reg. li. vj. quæ dicit, quòd ad Abbatẽ & cõuentũ simul: nisi aliud habeat consuetudo. Fundatur per c. ea noscitur. de his, quæ fiunt à Præla. qui quidem tex. profecto non probat illã opin. nec aliquo iure probatur. Vnde potius credo, q̃ pertineat ad Abbatem per. c. nullã. xviij. q. ij. & vide quod dixi latius in. d. c. ea noscitur. Quid autẽ, si essent mortui oẽs de ecclesia collegiata, dic, q̃ superior immediatus prouidebit de prę lato: vt no. Compost. in c. ne pro defectu. j. eo. & sequitur Fede. de Sen. d. consil. xxxiiij. facit 10 q̃ no. gl. xviii. q. ij. c. j. † Hæc omnia procedũt nisi cõtrariũ habeat cõsuetudo: quæ in prouisiõe beneficiorum prefertur iuri cõi: vt hîc. & in. c. fi. de inst. & in. d. c. ea noscit. & in. c. Abbate sanè. de ver. sig. ¶ † In gl. in ver. *iniuriarum.* 11 ibi: *& si noceat alij.* No. bene hãc gl. iũcto tex. q̃ nõ dicitur quis facere iniuriam vtendo iure suo, [a]licet ex tali vsu alteri, puta vicino, noceat vel consueta cõmoda auferat: ex quo non facit animo iniuriãdi. Nã tũc posset cõueniri actione iniuriarũ: [b]vt in. l. pe. ff. de iniurijs. Pone exẽplum: si habens partẽ domus inferiorem facit ignẽ pro vsu suo. Nã licet fumus ascẽdendo intret per fenestrã partis superioris: ita, vt noceat domino illius partis superioris nõ põt propter hoc cõtra eũ agi: ex quo non facit animo iniuriãdi. Secus, quãdo disponeret circa rẽ vicini: de quo dicẽdũ, vt no. præsertim per Bar. in. l. fluminũ. ff. de dã. infect. & in. l. j §. denicq;. ff. de aqua plu. arcẽ. vbi bo. text. Et facit, quòd in simili no. Inn. in c. fi. de rest. spo. vbi dicit, q̃ cum emulatione & iniuria alterius, non licet noua castra facere: nec vetera incastellare, quę non probantur prius fuisse habitata. quod nota. ¶ In gl. antepenul. doc. cõiter referunt no. gl. quòd quãdo duo probãt se exercuisse eundem actũ insolidũ: & probationes sunt æquales: si actus ille pertinebat ad vtrũq;, debet pro vtroq; sentẽtiari: vt illũ actũ exerceant cõiter. Quia in dubio debet probatio interpretari: vt cõueniat naturę negotij, de quo agitur. iiij. q. iij. c. testes. no. Inn. in c. auditis. de præscri. & vide quod dixi post gl. in c. licet. de probatio. ¶ Sed circa hoc quærit præsupposito, q̃ creatio canonicorũ spectet ad episcopum & capitulũ simul: quid si ipse cõsentiat in vnũ, & capitulũ in alium: quasi illorũ sit prę ferendus. Io. An. remittit ad no. in c. postulastis. de cõ c cess. præben. Tu verò dic, q̃ neuter [c]est admittendus: cũ nemo consensum habeat Episcopi & capituli. Ad hoc enim, vt teneat creatio, seu receptio, oportet, q̃ cõcurrat cõsensus Epi & capiculi, seu maioris partis ipsius. de quo vide tex. iuncta gl. in c. vnico. ne sede 12 vacã. li. vj. & quod dixi in. d. c. postulastis. † Et si nõ cõueniũt intra tẽpus præfixũ ad ꝓuidẽdũ: de quo in c. ij. de cõcess. præben. fiet devolutio ad superiorẽ, per istorũ negligentiã: cũ vtrũ sit dicere eos nõ prouidisse tempore debito: vt in. d. c. ij. & d. c. postulastis. ¶ In gl. pe. ibi, *agebatur petitorio.* sentit gl. & bene, q̃ in primo art. libelli agebatur possessorio. s. retinendæ: ne capitulũ impediret Epm in possessione sua. & per hoc tacitè petebatur, vt canonici p eũ instituti deberẽt admitti in ecclesia tãquã canonici. Nam ad validitatẽ institutionis factæ sufficit, q̃ instituens erat in possessione tẽpore institutiõis: vt in. c. querelã. s. e. & in. c. cũ olim. de cau. pos. & ꝓpriet a. ¶ In. ij. ar. agebat petitorio puta cõfessoria actiõe: quia dicebat Episcopus, q̃ de iure pertinebat ad eũ potestas recipiendi canonicos: & sic petebat pro eo pronũtiari: sed ex defectu ꝓbatiõis: & qa cap'm meli⁹ ꝓbauit de iure suo, succubuit Eps in vtroq; articulo.

a ¶ Iure suo. Adde Roma. cons. j. vbi ponit, an socius in uito socio possit in cõi solo fortulitium ædificare.

SEB. SAPIA.

b ¶ Actione iniuriarũ. vide Saly. in l. altius. C. de serui & aqua. qui dicit, qd⁹ licet vnicuiq; sit pmissum facere fenestrã in suo pariete, nõ tamen poterit facere, vt dideat vxorẽ, vel filiã vicini. & ita de facto se respondisse dicit Pau. de cast. in. l. cum eo. ff. de serui. vrba. prædio. Et aliqua pulchra ad ꝓpositum ponit do. Iasum in repetit. l. quomin⁹. in. v. co. ff. de flumi. & in. l. ex hoc iure col. ij. ff. de iusti. & iur. Et aliqua posui in repe. l. creditores. in secundo not. C. de pigno. vbi ad limitatiõem regulæ, q̃ non videtur facere iniuriã alicui, qui vtitur iure suo, vt non procedat, quãdo vtitur in odiũ alicui⁹ Allegaui tex. probãtem in. l. bouẽ. §. si quis cũ consiliũ. ff. de ędil. edic. & in. l. quia redhibiro. vbi gl. no. ff. de alie. iud. mutã. cau. fac.

c ¶ Neuter. Adde, q̃ si ptãs esset impar, q̃ dignior, & sic Eps, esset præferendus: vt volu. Cald. consi. vij. de præben.

SVMMARIVM.

1 *Cõpromittentes tenentur electionem factam à compromissarijs acceptare nisi ex iusta causa.*
2 *Compromissarij, si nõ oẽs, sed maior pars consentiat, quicquid agunt, valet.*
3 *Archiepiscopus habet potestatem confirmandi electionem suffragenei sui.*
4 *Testes singulares non probant.*
5 *Sententia lata in causa beneficiali non transit in rem iudicatam. nisi post decendium, quod non est indistinctè verum. 6.*
Sententia lata super causa matrimoniali nunquam transit in rem iudicatã.
Sententia nutritiua peccati, nunquam transit in rem iudicatam.
7 *Calumnia non potest opponi accusanti: si probat per vnum testem. 8.*
8 *Testis vnus non facit semiplenam probationem: nisi super facto principali.*
9 *Dispẽsatio super ætate in dignitatibus ecclesiasticis est reseruata Papæ, licet aliquo casu possit etiam episcopus. 11.*
10 *Dispensare contra constitutionem concilij solus Papa potest.*
12 *Testes minus idonei admittuntur: quando ex natura negotij non potest haberi alia probatio.*
Testis non iudicatur idoneus, quando ex suo dicto potest adscribi sibi laus, vel vituperium.
Opponens aliquas solennitates defuisse in aliquo actu, habet probare.
13 *Non potest quis se obligare ad pœnam beneficij perdendi.*
Popularis actio extinguitur vno agente: & non recipitur procurator in tali actione.
Accusatus ab vno, si fuit absolutus, non potest vlterius accusari.

CAP. XXXII.

CVm dilectus. ¶ † Compromittẽtes tenentur recipere electum à cõpromissarijs, si sit dignus: nisi cõtra formam compromissi eum appareat electũ. Et tres sunt partes. In prima ponitur allegatio pro electo. In secunda ibi: *verùm.* allegatio contra electum. In tertia ibi: *nos verò.* diffinitionis commissio. ¶ Casus litteralis. Ecclesia Morinen. destituta pastore, Archidiaconus eiusdem ecclesiæ electus extitit in pastorem. Super ista electione iam confirmata, orta fuit postmodum cõtrouersia inter Episcopũ electũ & eius sequaces: & quosdam alios canonicos eiusdem ecclesię. Delata est quæstio ad sedem Apostolicã, Ex parte electi fuit propositũ corã Papa, quòd cũ ecclesia ipsa vacaret, canonici eiusdẽ in tres canonicos Morinẽ. potestatẽ eligẽdi episcopũ contulerunt promittentes, vt illum reciperent in rectorem, quem de gremio ecclesiæ ducerent eligendum. Qui examinatis voluntatibus singulorũ Archidiaconum ipsius ecclesię elegerunt. Metropolitanus electionem examinans, & personam electi, & de ætate ipsius veritatem inquirens, pronuntiauit ipsum in ætate non sustinere defectum, & electionem ipsius confirmauit: vnde petebatur imponi silentium parti aduersæ, quæ malitiosè se opponebat: verùm quidam Berna. nomine proposuit exaduerso sub pœna beneficij sui se obligans, quòd prædictis tribus sub hac forma fuit data

eligendi

eligendi poteſtas: vt examinatis voluntatibus ſingulorũ, illum in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capĩ, de gremio eccleſię cõ ſentiret eligere tenerent: ſed ipſi electores poteſtatem ſibi ttaditã nõ ſeruantes, dictũ Archidiaconũ, quẽ pauci de capĩo noiarũt, eligere præſumpſerũt. Vñ canonici Morineñ. poſtmodum moraban tur qualiter Archidiacon⁹ fuerat electus: cùm plures eſſent in eccleſia digniores. Cœperunt etiã publicè ꝓfiteri, ꝙ ipſum nullatenus noiarũt: & ſic talem ſurreptionẽ dño Papę retulerunt: petens dictus. B. dictum Archidiaco. remoueri ab eccĩa Morineñ. Dñs Papa videns, ꝙ res iſta erat pernicioſa exẽplo, ita duxit ꝓuidendũ: vt cõtradictores p̃ſtarẽt iuramẽtũ ꝙ malitioſè nõ proponãt hmõi qõnem, & prędicti tres electores iuramẽto adſtringanť dicere veritatẽ: quot ex canonicis examinationis tẽpore in dictũ Archidia conũ cõuenerunt: & ſi tres, vel duo illorũ dixerint, ꝙ maiors pars cõſenſit, in dictũ Archidiaco. cõtradictorib⁹ ſilentiũ imponať: cũ illorũ ꝓbatio ſufficiens nõ eſſet, eo quòd eſſent in ſuis teſtimonijs ſingulares. Si verò dixerint, ꝙ à paucioribus fuerit noĩatus: tunc ſi fuerit ſufficiẽter ꝓbatũ, ꝙ illũ de gremio eccleſiæ ſecundũ formã ſibi datam, eligere tenerentur, in quẽ oẽs, vel maior pars capĩ, conſentirẽt: electio ipſius caſſeť: alio qn quod de ipo Archidiacono factũ eſt, ratũ habeať: & cõtradictores cõpeſcãtur ab ipſius moleſtatiõe. & iudices p̃dictũ B. priuẽt p̃bẽda Morineñ. eccĩæ: qui ſe ad pœnã, ſi in ꝓbatiõe deficeret, obligauit: nõ obſtante, ꝙ ſup ætatis defectu obiectũ fuerat cõtra Epm. cũ idẽ. B. nõ multũ inſtiterit. & ſup hoc à Metropolitano fuerit iudicatũ: cuius ſnĩa in rẽ tranſijt
2 iudicatã, à qua intra decẽdiũ non fuerat appellatũ. B. ¶ † No. j. ꝙ ptãs eligẽdi ſimpĩr intres p capitulũ p̃t cõpromitti. Sed eſt dubiũ, nũquid hoc caſu valeat electio facta à maiori parte. qdã dixerunt quòd non: ſed oportet ꝙ oẽs cõueniant, ex quo cõpromiſſum fuit ſimpĩr factũ ad inſtať pluriũ ꝓcuratorũ datorum ſimpĩr, non in
a ſolidum. [a] Habent enim iſti oẽs ſimul poteſtatẽ, ita quòd non valet qcqd agunt, niſi oẽs cõſentiãt. ad hoc. l. plurib⁹. ff. de procu. & c. ſi duo. eo. ti. lib. vj. Sed Cõpo. cuius dictũ vr̃ placere doc. tenet cõtra
b riũ: ꝙ valet electio facta à maiori parte compromiſſariorũ, [b] ad inſtar arbitrorũ: vt in. l. ſi in tres. ff. de ar. & in. c. fi. j. de re iu. Et hoc dictum mihi placet. Nam ſicut in iudicib⁹ valet, ꝙ fit à maiori parte alijs p̃ntib⁹ & cõtradicẽtib⁹: vt ĩ. d. c. fi. ita debet valere, ꝙ fit à maiori pte iſtorũ cõpromiſſariorũ. Et ex hoc dicto no. ꝙ cũ aliq eligunť ſimpĩr ad aliqd̃ officiũ exercẽdũ, tenet qcqd facit maior pars
3 minori pte p̃nte & cõtradicẽte. qd̃ tene mẽti. ¶ † No. ij. ꝙ Metropolitan⁹ habet â iure ptãtẽ examinãdi & cõfirmãdi electionẽ ſuffraganei ſui. ad idẽ. c. nihil j. eo. ¶ Not. iij. ꝙ ptãs eligẽdi p̃t conferri in cõpromiſſarios, cũ reſtrictiõe, & vt illũ tenẽãť eligere, ĩ quẽ cõſenſerint oẽs de capĩo, vel maior ps. Cõtra ꝙ vr̃ obſtare. c. cũ terra. ſ. eo. Nã ſublata eſt libertas eligẽdi, ꝙ eſſe nõ debet: vt ibi. Sed rñde, quòd illud ꝓcedit in ipſis electorib⁹, q habẽt electionẽ iure ꝓprio quorũ libertas nõ debet ita reſtrĩgi: qa nõ dr̃ electio, vbi amittiť libertas eligẽdi: vt ĩ. c. vbi periculũ §. cæterũ j. e. li. vj. Iſtud verò. c. ꝓ
c cedit in ipſis cõpromiſſarijs, quorũ ptãs põt reſtringi. [c] Sũt em̃ iſti hoc caſu, quaſi miniſtri ipſorũ canõicorũ eligẽtiũ. & nõ. hoc dictũ
4 ꝓ limitatiõe illi⁹. c. cũ terra. ¶ † Itẽ no. ꝙ teſtes ſingulares nõ ꝓbãt cõcor. c. cũ cãm j. de te. & quotidie ſolet ad hoc allegari iſte tex. Quod tñ limita ꝓut no. gl. ſing. ĩ. l. ob carmẽ. ff. de teſt. & p Ang. de Peru. in diſpu. quę incipit. Aſtẽſis miles. & facit qd̃ no. gl. iij. q. ix. c. nihilomin⁹. & c. teſtes & p Inn. & Io. an. ĩ. c. quaĩr & qñ. el. ij. de ac.
5 † Itẽ no. & tene mẽti ſemp tex. qa alibi nõ ita bñ ꝓbať, ꝙ ſnĩa [d] lata
d in cã bñficiali trãſit in rẽ iudi. p lapſum decẽdij reſpectu. ĩ. cõtradictoris: ſed nõ ĩ fauorẽ bñficiati, quomin⁹ ſaltẽ iudex ex officio ſuo poſſit inqrere de ti. legitimo. Ad ꝙ vide gl. not. & quod ibi dixi in c. j. de cõceſ. p̃bẽ. ¶ Sed cõtra hoc vltimũ op. de. c. tenor. & c. lator. & c. cõſanguinei j. de re iu. vbi patet, ꝙ in cã matrimoniali ſnĩa nõ
e trãſit in rẽ iudicatã: [e] ergo ĩ mrimonio ſpũali: cũ iſta iudicẽť à pari: vt ĩ. c. ij. de trãſla Epi. Sol. cõtrariũ vr̃ difficle, & ſoluit Hoſt. quòd cõtra legẽ diuinã nõ trãſit ſnĩa in rẽ iudicatã: vt in cõtrarijs: ſed cõ tra legẽ canonicã aliqn Papa ſtatuit, vt nõ trãſeat ſicut cũ ferť ſnĩa ſup matrimonio in gradib⁹ humana lege ꝓbibitis: vt in cõtrarijs. Aliqn ſtatuit, vt trãſeat: vt hic. Nãpõt Papa ſupra ius diſponere: vt in. c. ꝓpoſuit. de cõceſ. p̃b. & cũ hac ſolone trãſeũt hĩc cõiter doc. Quæ qdẽ ſolu. mihi nõ vr̃ pfecta: qa Papa nõ debet diſponere di uerſa ſine cã. Nã diſpõ capi. ꝓ cõtrarijs allegatorũ eſt fundata, ſup

a ¶ In ſolidum. adde Cal. conſi. vj. de elec.
¶ Adde ad principalẽ. q. doc. poſt Bar. ĩ. l. inter ptes. & ĩ. d. l. duo ex trib⁹. ff. de re iudi. & vide in materia, quòd qñ ſunt plures arbitri, nõ põt fieri a ct⁹ co rã vno tm̃: do. Alex. in cõſi. iij. ĩ. iiij. col. ver. & tãto forti⁹. ĩ. j. vo. vbi ponit etiã an vn⁹ arbiter poſsit cõmittere vices ſuas, de quo vltra p Bal. in cõſi. cclxvj. in. iij. li. & p eũdẽ Alex. ĩ. cõſil. xix. in iij. col. in prĩci. in. iiij. vol. Et cõſideravnã differẽtiã ĩter arbitros & ꝓcuratores. Nã maior ps arbitrorum põt alĩs inuitis iudicare. d. l. duo ex trib⁹. ff. de re iud. nõ eſt ita in ꝓcuratorib⁹: qa duo, nolẽte tertio, nihilagũt: vt colligiť ex. d. c. ſi duo. & ex dictis Abb. hĩc. Quæ aũt ſit ratio differentiæ inter iſtos caſus, cogita. Aenæ. de fulc. Anto. Francif.
¶ Ad iſtã materiam videnda ſunt, q̃ habenť ĩ. l. itẽ ſi vn⁹. §. itẽ ſi intres ff. de arbi. nã qñ ſunt pluresarbitri debent oẽs reqri, aliâs non valeret ſnĩa: qa vn⁹ q erat abſens, ſi fuiſſet præſens, potuiſſet alios attrahere in ſuã ſnĩam. & niſi oẽs ſint reqſiti, nõ videť ſeruata forma mãdati, ſeucõ promiſsi. Et vide quæ hñr in. c. prudentiã. de offi. de le. & ĩ. c. cũ plures de offi. dele. li. vj.
b ¶ Cõpromiſſario rũ. Dictu iſtã eſſe veritatẽ: niſi tñ in cõpromiſſo aliter fuiſſet dictũ. Ita no. Car. Mãda. in ſepe alle. trac. ſuo de elec. j. pte. c. xl. vj. & ibi gl. ĩ verſ. cõtradicat. Idẽ in ij. pte. c. lix. ſo. ix. & ibi gl. in verſi. oẽs. & ĩ ver. cõcor diter. & eo. c. fo. xv. ĩ gl. ver. vnani miter.
c ¶ Reſtrĩgi. Adde, ꝙ nõ p̃t eis dari reſtrictio, vt eligãt illũ, quẽ ipſi noĩa bãt, vt voluit Cal. conſil. iij.
SEB. SAPIA.
d ¶ Quòd ſnĩa. vide Gemi. in. c. ordinarij. §. fi. in. fin. de offi. ordi. in. vj. & latiſsimè, per Fel in. c. lator. colla. vj. verſic. decima autẽ declaratio. j. de re iudi. vbi reſoluit difficultatem ſuper quam multum laborat. d. Abb. hĩc. & ibi latè, qñ ſnĩa matrimonio carnali tranſeat in rem iud.
e ¶ Rem iudicatam. Adde videndum Paul. de ca. conſi. cclxvj. in antiqui

Cap. Cùm dilectus. Panor. ſuper Prima parte Primi.

Anto.Franciſ.

a ¶ Tertiò opp. Ad iſtud, quod dicitur in hac tertia oppo. de teſti. ſingularibus. Adde ꝙ teſtes ſingulares non probant. vide quæ habentur in l. ſolam. C. de teſtibus. imò dixit Bar. inl. admonendi. ff. de iu. quòd melius eſt habere vnum bonũ teſtẽ ſolũ, quia tunc poteſt deferri iuramẽtum in ſupplementum probationis, vt ibi. Secꝰ ſi eſſent decem teſtes ſingulares: qa tunc nõ deferꝛt. de quo etiã ꝑ docto. Canoniſtas. in. c. fi. de iureiur.

b ¶ Vnus teſtis. vide latiſsimè ꝑ do. Iaſ. inrepe. l. admonendi colũ. lxvj. ff. de iureiur. verſ. venioad quartum caſum.

c ¶ Coniecturæ. ad de eundem conſ. viij.

d ¶ Solus Papa. ad de Old. conſi. cccxxxv.
¶ Adde Spec. in ti. de diſpẽ. §. nũc de epiſcoporũ. in princi. no. in. c. cũ dilectus. §. eo. tit. & in. c. cùm in cũctis. §. inferiora. ſ. e. arg. ad hoc. l. ij. C. de his qui ven. æta. jmpe.

e ¶ Poteſt diſpenſare. Adde iatè Ro. conſi. ccxxv.

f ¶ Editæ conſtitutionis. Vide Fely. in. c. j. colũ. xxvj. ver. fallit. xij. ſ. de conſti. latiſsimè ꝑ Marſilium Bononien. in. l. j. col. ix. §. fi ff. de quęſtio. Iaſ. in. l. nõ ſolũ. §. morte. col. ij. ff. de ope. no. nun.

g ¶ Nõ idonei. Adde Alex. qualiter debeat hoc intelligi. cõ. clxxvj. li. ij. Anto. Franci.
¶ Vtrũ teſtes: quibus ex ſua depoſitione põt reſultare honor, laus, vel vituperium, aut ignominia dicant eſſe teſtes idonei: vide quæ habentur in. c. ſuper eo. el. ij. de teſti.

tradictores: non tn̄ in modũ exceptiõis ad impediendum confirmationis effectum: ſed per viam denuntiationis: vel accuſatiõis vt eſt tex. in. c. conſtitutis j̃. de appel. & in. c. poſt electionem. de conceſ. præbẽ. Sed ſuper defectu ætatis noluit Papa admittere contradictorem in iudicio, quia Metropolitanus pronuntiauerat in iudicio electũ non pati defectum ætatis. Et ſic ſentẽtia tranſiuit in rem iudicatã, ex quo nõ fuit appellatum. Vel dic, vt ſentit Inno. ꝙ hîc reſtabat cõſecratio reſpectu cuius impediẽdæ poterant fieri oppoſitiones contra electũ, vt in. c. ſuper his. de accu. Et de hac materia vide quod plenè ibi no. in. c. quod ſicut. ſ. e. & quod dixi poſt Inno. in. c. cùm olim. de cauſa poſ. & proprie. Hodie verò, an contra electum cõfirmatũ præmiſſo edicto dubitatur, an debeant contradictores admitti ſaltẽ per viã denuntiationis, vel accuſationis. de quo per Fed. in conſi. xxiij. Et cõcluſio ſua eſt, ꝙ ſic, ſi nihil poteſt iſti nouiter venienti imputari, puta, quia illa crimina, quæ nunc opponit: erant occulta tẽpore edicti vel opponens erat tunc extra diœceſim. ad hoc facit. c. nulli j̃. eod. li. vj. & . c. fi. q ma. accuſa. poſ. ¶ † Et ad materiam vide Inno. 6
in. c. ad aures. de reſcrip. vbi vult, ꝙ quantuncunq; ſnia trãſeat in rẽ iudi. in cauſa beneficiali, põt tamen ſuperior audiri contra iniuſtè detinentem beneficiũ per viã denuntiationis. & pro illo dicto videtur hîc tex. ſecundũ vnũ intellectũ in ver. *nos vero*. ¶ † Tertiò op. [a] cõtra 7
tex. videtur enim: ꝙ iſte canonicus non debuit a
priuari præbenda eõ, quia nõ probauit. Nam â pœna calũniæ excuſatur accuſator, probãdo per vnũ teſtẽ: vt no. doc. in. c. ij, de cal. Sed iſte canonicus habuit plures teſtes, ſaltem ſingulares: ergo debuit releuari ab iſta pœna præſumptæ calumniæ. Solu. dicunt cõiter doct. ꝙ contrarium ꝓcedit, vt quis excuſet à pœna iuris, ſecus quo ad pœnam ſpecialẽ, ad quam quis ſe obligauit, niſi hoc probaret. Et no. ſing. hoc dictũ. Nã videtur non probaſſe probando minꝰ perfectè. ar. in. c. ij. de tranſla. Epi. & verba obligationis debent propriè ſumi. ar. in. l. amplius. ff. rem rat. ha. & quod ibi no. Bar. ¶ Sed cõtra hoc facit, quia hîc non habebat iſte canonicus aliquem teſtem ſuper hoc facto principali, qa quilibet canoicus deponebat de ſe, ꝙ non conſenſerant in Archidiaconum. Nemo autẽ dicebat, ꝙ maior pars non conſenſiſſet, cùm ſcrutinium fuerit factum in ſecreto. † Sedvnꝰ teſtis[b] 8
non facit ſemiplenam ꝓbationẽ: niſi qñ deponit ſuper facto principali, vt no. dicit Bar. poſt gl. in. l. fi. C. fa. ercif. ergo iſte tex. non ꝓbat limitationem doc. So. Suſtinendo eorum dictũ poteſt dici, ꝙ non ſolũ dictum vnius teſtis excuſat à pœna præſumptæ calumniæ: ſed etiam
conjecturæ[c], vt eſt tex. no. in. c. j. in fi j̃. eod. lib. c
vj. Vnde ſaltem iſti canonici ſingulariter deponentes faciebant conjecturam probabilem, ꝙ iſte canonicus non calũnioſè ſe opponebat: & ideò à pœna legali debuiſſet iſte excuſari, ſed non fuit excuſatus, quia agebatur de pœna cõuẽtionali, & no. ſemper hoc dictum in practica. ¶ † In gl. in ver. *ſuſtinere in ætate*. ibi: *niſi ſolus Papa*. [d] concludit gl. in hac prima parte, ꝙ ſolꝰ 9
Papa poteſt diſpenſare circa defectum ætatis d
redem. Et in hac. q. nunquā reperi authoritatē alicuius antiqui. Sed do. Car.[a] in hoc breuiſsimè dixit ſe credere, ꝙ ſint fiendæ ex nobis præ laturæ: quia procedūt à negotio electionis: vt in. c. bonę. §. e. el. ij. meritò videntur pertinere ad ipſum negotiū electiōis. ¶ Sed ego hūc articulum diſputaui plenè: & incipit diſputatio: Sempronius. in qua tandē cōcluſi, ꝙ expēſæ cō cernētes ſolatiū ſeu remediū animæ defuncti, debēt fieri ex bonis ꝓlaturæ, quātūcūq; ꝓlat⁹ habuerit ꝓpriū. ar. optmū in. c. Apoſtolicæ j. de donati. & xij. q. ij. bōæ rei. In quibus patet, ꝙ pōt Epiſcopus dare cēteſimā redituū eccleſiæ ſuę ālteri inferiori ꝓ ſuis ſepulturis magnificādis. ad idē. c. vbi piculū j. e. li. vj. vbi diſponitur, ꝙ mortuo Papa tenētur eccleſiæ inferiores celebrare exequias: quánquā eccleſia vniuerſalis ſit abſoluta ab eius lege poſt eius mortem: ar. in. c. pe. & vlti. de ſecū. nupt. Ita dicendum in prælato particulari quo ad eccleſiam ſuā: vt ſic ſit eadē ratio de parte quo ad partē, ſicut de toto quo ad totū: vt in. l. quæ de tota. ff. de rei vēdi. & in. c. paſtoralis. in. §. itē cum totū j. de offic. deleg. Quædā expēſæ fiūt ad cō ſolationē & pompā viuorū: vt magnus apparatus funerum in veſtibus & alijs ſimilibus: & iſta nō puto deducēda ex bonis ꝓlaturæ. argumētū eorū, quę habētur. xij. q. ij. animę defunctorū. & proſequere, vt plenè dixi in dicta diſputatione. ¶ † In eadē gl. ibi, *dummodomaior pars capituli certet pro electa & obtineat. &c.* Pōdera bene gl. videtur em̄ duo req̄rere ad hoc, vt iſtæ expēſæ poſsint repeti ex bonis prælaturæ pluribus electis in diſcordia. Prīō ꝙ maior pars capitu. certet ꝓ electo: & ꝙ obtineat. Sed tu vide hîc, qđ notat Inn. & plenius ꝑ glo. in. d. c. cupientes. in fi. Et breuiter conclude, ꝙ ſi electio eſt facta in cōcordia, ſaltē ꝙ vnus tātùm ſit electus à maiori parte capituli: nec opponitur aliquid à minori parte: tunc indubitanter habet locū iſte tex. & quod. §. dictū eſt. & ad hoc facit tex. in. d. c. cupiētes. in. §. ad hęc. Si verò plures ſunt electi in diſcordia: tūc non debēt ex bonis prelaturę capi expēſę: ſed ſi maior pars capit. ꝓſequtur vnā partē, & obtinēs repetit poſtmodū illas expēſas. idē ſi nō obtinet dūmodo vtiliter notoriū illud fuerit proſecutus. ſ. maior pars: vt in. l. ſed an vltro. ff. de neg. geſt. minor autē pars nō repetit expenſas: niſi obtineat. quia habet preſumptionē cōtra ſe: cūm proſequatur maiore parte reſiſtente. Et dic vt plenius not. in. d. c. cupientes. in fi. vide etiam per Old. in conſi. xxxij. vbi proſequitur de poſtulato religioſo ordinis mendicantium: nunquid debeat habere expenſas de bonis ꝓlaturæ, cū nō habeat propriū. & ſentit, ꝙ ſic. Idē videtur de mēte gl. ꝓallega. in fin. ¶ In gl. fi. in fi. Aduerte, quia finis huius gl. videtur cōtrariari principio. nā in fi. ſentit, ꝙ bona occupata debēt ſufficere ꝓ expēſis: & ſicꝙ nō teneantur canonici illa reſtituere. In principio verò ſentit, ꝙ propter occupationem debent cadere à iure ſuo. Io. And. dicit, quòd occupata computantur in expenſis. de accuſat. c. pen. Et ſic ſentit, quòd ſi expenſæ excedunt, quòd poterunt canonici illas repetere, quatenus excedunt. ſed per hoc reſpondetur ad motiuum glo. in princi. formatum. ¶ Concluderem ſic: quòd aut capitulum vacante ſede capit aliqua bona pro expenſis fiendis in negotio electionis: & procedit tunc opin. Ioan. Andr. aut capit aliqua bona iniuſtē illā occupando: & habent locum pœnæ contentæ in. c. quia ſæpe j. eo. lib. vj. Aut capitulum prælato creato & inuito occupat bona particularia, aliâs pertinentia ad prælatum prætextu expenſarum iam factarum. & habet tunc locum principium gloſſ. vt debeant iſti occupantes per vim cadere à credito: quia ſi creditor capit, vt rem debitoris, debet cadere à credito & iure ſuo. & ſecundum hanc diſtinctionē puto hunc text. in fi. intelligēdum. ¶ † Vltimò hîc quæritur quis debet cuſtodire bona prelaturę vacātis? Sol. dicit hîc Hoſti. quòd cuſtodia pertinet ad œconomum, [b] ſi quem habet, vel ad capitulū: & in defectum ipſius ad Metropolitanum. probatur in. c. non licet alicui. xij. q. ij. & vide de hac materia quod dixi in. c. bonæ. de app. & aliquid per Imol. in. c. vnico. vt eccl. benefi. Dicit autem inter cætera hic Hoſti. quòd cuſtodia bonorum eccleſiæ vacantis, poteſt ex conſuetudine competere aliquibus clericis. non autem laicis. xij. q. ij. de laicis. quod hoc profecto nō probat de conſuetudine: & contra dictum Hoſt. facit iudicio meo text. in. c. generali. j. eo. lib. vj. vbi text. generaliter loquitur: præſertim in fi. Et approbat conſuetudinem in facultate cuſtodiendi bona eccleſiæ vacantis: nec diſtinguit inter clericos. Et facit quod not. gloſſ. c. iudicatum. lxxxix. diſtin. quæ dicit, quòd cura ruſticorum & bonorum eccleſiæ temporalium poteſt committi laico. Ad idem vide quod dixi in. c. edoceri. de reſcriptis. ſed dictum Hoſt. poſſet procedere, qñ laicus prætextu cōſuetudinis vēdicare ſibi locum in adminiſtatione tēporalium & ſpiritualiū. Tunc em̄ puto cōſuetudinem non valere: argu. in. d. c. iudicatum. & xij. q. ij. c. hæc huius placiti. & facit. c. cauſam. de præſcri. Et debet is, qui ſuccedit in hac cuſtodia, facere inuentarium de omnibus bonis eccleſiæ: vt in. c. charitatem. xij. q. ij. & bona eccleſiæ vſurpans committit ſacrilegium, & furtum: [c] & nedum furtum ſimplex, ſed etiam peculatus. & dicitur peculatus furtum factum de re publica: quod grauiori pœnæ ſubijcitur. & de hic vide bonū. text. xxij. q. iiij. c. quid ergo. & facit. xij. quæſt. ij. in. c. qui abſtulerit.

a alicuius

b cuſtodia

c

8

SVMMARIVM.

1 *Forma quotieſcunque non eſt ſeruata, actus eſt ipſo iure nullus.*
2 *Conſentiens electioni de eo fiendæ incidit in ambitionem. 3. 5.*
4 *Peccatum non eſt malè intelligere legem, vel canonem.*

CAP. XLVI.

CVm poſt. ¶ Electio poſt collationem ex interuallo celebrata, non valet. hoc dicit ſecundum opin. magis communem. Primò narrat factum electionis: quā ſecundò caſſat, ibi, *quia.* ¶ Caſus literalis. Archiepiſcopus Lugdunen. poſtulauit licētiam cedēdi & obtinuit. poſt renūtiationē ipſius canōici Lugdunen. ꝑmiſſo ſcrutinio publicatiōe & collatiōe ſecuta ꝑpoſitū ſuū cōcorditer elegerūt in archiepiſcop. electio ꝓſentata fuit dño Papæ. examinato electiōis ꝓceſſu īuenit Papa, ꝙ poſt publicationē cōſenſum & collatiōis tractatū electio nō fuit ſtatim facta: ſed aliquādiu ꝓtracta: & cōſenſus electi priꝰ fuit req̄ſitus, q̄ electus: & ideò Papa electionē caſſauit exigēte iuſtitia ſolūmō propter inordinatū ꝓceſſum: qa nō fuit forma ſeruata. Ber. ¶ No. primò ibi, *concorditer.* iūcto tex. ibi: *collationis tractatum.* quòd licet electio ſit facta in concordia: nihilominꝰ fiēda eſt collatio, nō numeri ad numerū, ex quo vnicꝰ eſt electus. Compoſtel. tamen dicit, quòd poſſet defendi electio, licet non ſit collatio zeli & meriti: ex quo cōcors eſt: primum tamē dictum videtur placere Ioanni Andreę. & vide quod dixi in capitulo quia propter. ſ. eodem. Nam prima opi. videtur de mente iſtorum iurium. ¶ † Nota. ij. ibi: *caſſauimus.* quòd electio attētata contra formam ſubſtantialem, non eſt ipſo iure nulla, ſed venit caſſanda, quod tenuit Hoſt. in dicto. c. quia propter. ſ. eodem. & pro ſe adducebat iſtum tex. Sed contrariam communiter tenetur ſcilicet, quòd ſit nulla ipſo iureq: vt plenius dixi in. d. c. quia propter, & iſtum tex. exponit Ioan. And. id eſt caſſam & irritam nūtiamus. ¶ Tertiò & vltimò nota, quòd non ſufficit ad validitatem electionis ſeruare omnia contenta in dicto. c. quia propter. niſi ſerūetur ſcdm ordinem ibi traditum: non em̄ ſufficit facere electionē nec require

1

d

peri.reci.& idē Bal.in.l.certa.C.qñ prouo.nō est ne.tñ Bal.in.l.si quis decurio.C.de fal.p gl.ibi tenet cōtrariū,dicens,ꝙ gesta Gebelini electi ad officiū,valēt:licet statutū prohibeat eū esse in officio:& vltra nō procedat annullādo.tñ Alex.in cōsi.xxiiij.in.iiij.parte cōsi.dicit, ꝙ actus nō valet, qñ fit cōtra ꝓhibitionē statuti,etiā si statutū nō annullat.de quo etiā per Alex. cōs.xxxv. in.iiij. parte.& in l.j.ff.de liberis & posth. Et iō dicebat Bal.in.l. cōparationes.in.ij. col. C.de fide instr. ꝙ forma tradita à lege in dubio est de substantia: ita vt omissa vitiet actū de quo etiā p Bal. in.l.j.C.vt in pos. lega.& in.l. si tutor.C.in qui.cau. in integ. resti. nō est necess. Et adde ꝙ forma dicit tradita à lege: vel à statuto, qñ requiritur aliquid fieri ante actū,vel in ipso actu: quia eo nō facto iuxta dispositionē legis, actus est nullus ipso iure:vt inuē. hoc ius porrectū. C.de sac. san.eccl. & in.l.cū hi.§.fi prætor.ff.de trās. act.& in. l.hac cō sultissima.in prin. C.de testa.& vide bo.gl. in.c.dudū. hoc eo.tit.& vide Pau.de cast.in cōsil.lxxj. Id autem quod pōt ex interuallo interuenire ad actū,non dicit reqri pro forma. Ita Bar. post glo. in.l.vniuersa.C.de preci.impe.offe. & habet p Alex. in.d.l.j.ff.de libe. & posth. Et tene mēti, ꝙ forma data à lege, vel statuto debet seruari, etiā à rustico, muliere,&minore: secundū Bal.in.l.iuris.in fi.C.qui ad. mi.ad bo.possess. & dixit Spe.in ti. de aduo.in.§.v.in ver.cū aūt. Quòd si deficit forma in priuilegio,res caret priuilegio. Et eodē modo defectus formę arguit falsitatē literarum Apostolicarū: vt dixit idē Spec.in tit.de rescri. præsenta. in. §.iiij. in prin.& tene mēti quod dixit.d.Card.in cle.j.i.xxx. q.de deci.vbi distinguit inter formam traditam à

a nec requirere consensum eligēdi:nisi hæc fiāt b tēpore debito:quod dixi in.d.c. quia propter. ¶ Opp.cōtra tex.videt enim,ꝙ electio nō debeat vitiari:licet sit aliquantulū protracta post publicationē consensuum & collatiōis tractatum:quia.c.quia propter.videt requirere, vt publicatio votorū debeat mox fieri postquā ipsa vota fuerunt in scriptis redacta:non autē requirit,vt post collationis tractatū mox fiat electio. Vnde est ex quo istud nō enumeratur inter ea,quæ sunt de substātialibus ipsius formæ,nō debet vitiare electionē.arg.in.l.præcipimus.in fi.C.de appel.† Sol.propter hoc contrariū etiam per.c.publicato.j.e.in fi.variāt plurimum intellectus huius.c.Nam Goffr.Inno. Abb.& Cōpost.tenent,ꝙ electio non fuit hîc retractata ex ista protractiōe:seu ex dilata electione.post collationis tractatum:sed quia iste electus cōsensit electioni de eo fiendæ: dicunt etiā,ꝙ sola requisitio cōsensus, non vitiat electionē:quia bene potest requiri cōsensus eligēdi:vt pateat de ipsius volūtate, ne diu ecclesia vacet:si iste postmodū electus nō velit cōsentire. Vnde cōcludunt,ꝙ causa finalis huius cassationis,fuit:quia istæ Præpositus consensit antè,quā fuisset electus.Sed Philip.Hostiē.& Io. an.tenent contrarium:dicentes, ꝙ nisi electio fiat statim post publicationē cōsensuum,& collationis tractatū, non valet.Primò per istum tex.qui videt hoc apertè velle.Itē quia secundū Philipp.illa dictio mox,posita in.c.quia propter.circa publicationem fiendā,videtur post modū repetita:dū subijcitur de electione fienda.arg.in.l.Titia.§.idē respond.ff.de ver.obli. Nā ea quæ dicunt in præfationibus, videntur postmodū repetita:vt ibi. & facit.c. Aposto. xxxij.q.vij.Itē secundū Host.si publicatio debet fieri mox:potius electio debet statim fieri post collationis tractatū. nam ex multitudine scrutatorū posset abesse causa differēdi publicationem:& tñ ius requirit,ꝙ statim fiat publicatio:vt in.c.quia propter.sed nulla pōt subesse legitima causa differendi electionē post publicationē consensuū & collationē habitam:ergo de mente iūris fuit,vt etiā ista electio deberet statim sequi.Fatentur tñ Philip.& Hostiē. ꝙ mora naturalis & cōpendiosa non habebit vitiare electionem.arg.in.l.cū antiquitas.C.de test.Idē si post publicationē habitam diceret missa de spiritusancto:& tractaretur concordia:dūmodò non diuertatur ante electionē ad extraneos actus,sicut hîc cōtingit.Et pro hoc intellectu,quòd ex dilata electione fuerit facta hæc cassatio:& nō ex consensu præstito per electum:adducit Ioann.Andræ.istum tex.in fine. in eo,ꝙ cassat illam electionem ex inordinato processu dūtaxat:& sic nullo modo tangit vitiū electi.Nā si iste cōsensisset in electionē, incidisset in vitiū electionis: & sic electio fuisset cassata propter vitiū ipsius electi. ¶ Sed aduerte:quia gl.videt sentire tertiū intellectū.Dicit enim,ꝙ ꝓpter duas causas fuit cassata hæc electio.Primò,quia electio fuit protracta.Secundò:quia consensus istius Præpositi fuit requisitus ante electionē & præstitus:vnde cōcludit ꝙ vtrunq; istorū reddit formā inutilē.Et profecto iste intellectus gl.magis conuenit literę, quā præcedens intellectus doc.Sed gl.nō defendit lect.suā contra motiua superius facta:maximè per Io.an.in eo,quòd subtiliter ponderauit tex.qui in causa cassationis fundat se super inordinato processu dūtaxat:& nō tangit ambitionē & vitiū electi.Sed ego defendēdo hūc intellectū gl.quia mihi videt verisimus:dico, ꝙ quælibet illarū causarū est sufficiens ad nullitatē electionis inducendā:& ꝙ vtraq; cōcurrit hîc.Nā respectu moræ contractæ inter electionē & collationē:videtur text.apertus hîc. Secūdò potest allegari text.in.d.c.qa propter. nā ibi requiritur,vt mox fiat publicatio cōsensuum propter finē electiōis consequēdæ:vt patet ibi:is collatione habita eligat.,&c. Parū ergo prodesset illicò publicare scrutiniū, vel collationē facere,nisi statim posteà sequeret cōis electio.cū omnia illa sint ordinata ad finē electionis.Et hunc articulū tenet etiā gl.ibi: licet nō induxerit tex.modo prædicto.Respectu verò consensus requisiti & præstiti,vel requisiti tm:videtur tex.hîc.Nā Papa in principio ante cassationē expressit istas duas causas:ergo à verbis literæ nō est recedendū:ex quo nō constat de mēte cōtraria.ff.de leg.iij.l.nō aliter.& in.c. fi.de verb.sign. † Nec ob. motiuū Io.An.quia cōsensus hîc electus nō fuit requisitus antè,quā vota eligentiū redigerent in scriptis,vel publicarent:quo casu potuisset iste notari de vitio ambitionis:quia cōsensisset antè,quàm electores in ipsum consensissent.Sed hîc solū dicit, ꝙ consensus istius fuit requisitus antè, quā esset electus:idest,antè,quā sequeretur cōis electio in singularibus consensibus præstitis in scrutinijs:prout debet fieri:sicut dixi in.c.quia propter.vnde non pōt notari vitio ambitionis,ex quo oēs electores in ipsum cōsenserant in scrutinio:& sic erat vocatus à Deo & à fratribus. vt in.c.cū in iure.& quod ibi dicit.s.eo.solū ergo consentiēdo ante electionē cōiter factam, fuit peccatū in forma.c.quia propter.s.eo.nō aūt in forma naturali ipsius electionis. Nā secundū ius naturale & morē antiquū,non esset necesse,vt sequat cōis electio:sed ex solis cōsensibus singulariter p̄stitis resultat electio: sicut hodiè resultat in oībus electionibus in quibus nō est seruāda forma.c.quia propter.vt no.Inno.in.d.c.cū in iure.& gl.in.c.sicut cū.j.eo.lib. vj.& facit singulariter quod no.Inn.in.c.quod sicut.de elec.vbi dicit,ꝙ solus cōsensus eligentiū est forma naturalis electionis.Quare cōcludo,ꝙ si cōsensus est præstitus in scrutinio, peccat in forma dūtaxat.c.quia propter.nō aūt notatur cōsentiens aliqua ambitione: sed potius videt errare in iure positiuo:quia secundū ius naturale & primeuū,non requirebat alia electio. † Et vt singulariter dicit Inn.in.c.per tuas.el.ij.de simo.nō est peccatū malè intelligere canonē,cū sit de iure positiuo. vñ iste electus errauit in illa forma.c.quia propter.quę est de iure positiuo:meritò dicit hîc Papa in fine,ꝙ

iure:& formā traditam ab homine,vel à Principe.de quo etiā per eundem Car.in.c.cū delicta.de rescri.& per.d.Alexan.in.l.cū lex.ff.de fide.& tenemenți,ꝙ forma debet seruari ad vnguem& specificè,& non per æquipollens. Et ideo qñ statutum, vel lex requirit trinam citationē, non sufficit vna citatio peremptoria:secundū Bald.in.l.cessante,in vlti.colū.C.qūo & qñ iud., & habet per Bar.in.l.nemini.C.de aduo. diuer.iud.Et deniq; tene menti, ꝙ si forma est tradita simul cū potestate alicui nō habēti potestatem faciendi actū,si forma non seruetur, actus nō valet: tñ actus valet,etiam nō seruata forma: qñ forma est tradita aliās habenti potestatem faciē di.gl.est reputata sing.quā ibi not. do.Card.in prin. de iurep.in.vij.q.

a SEB.SAPIA.

b ¶ Hæc fiant. Dicitur autē tempus incōpetens, quando id, quod fieri debet,non potest cum deliberatione fieri:vt declarat Inn.in.c.cum in veteri.ad fin.in vers.non competenti.hoc tit.facit l.penul.C.de tempo.in integ.resti. peten.&.l.j.C. de tempo.appe.no. Bal.in marga. sua in versic.tempus. verficu.vj.

caſſabat iſtã electionẽ ex inordinato proceſſu duntaxat nõ propter peccatũ iſtius electi: quia habito reſpectu ad vtrãq; cauſam ſuperius allegatã, proceſſus duntaxat fuit inordinatus: quia non ſecundum ordinẽ. c. quia propter. factus: qa ille ordo requirit, vt ſtatim fiat electio poſt collationem; nõ autẽ prius debet requiri conſenſus eligẽdi. hîc verò fuit delata electio & cõſenſus requiſitus ante, quã ſequeretur communis electio. ¶ Et ex iſtis iuſtificatur tota iſta litera, quã oportet damnare in aliquo, ſecũdum lect. doct. Nec ob. c. publicato j. eod. ſuper quo fundatur primus intellectus Gof. & ſequaciũ. Nam ibi electores in fraudem electi protrahebãt electionẽ: meritò ſuperior poteſt compellere electores, vt perueniãt ad electionem, nõ obſtante mora contracta poſt collationẽ habitam & electionẽ ſecutã: & hoc ne ſupplãtetur electus ab electoribus. Hic autẽ tex. procedit, quãdo electores ſine fraude electi ex ignorantia, vel negligẽtia, ſeu aliqua malitia differunt electionẽ poſt collationẽ habitam. hæc autem mora debet vitiare electionem: vt hîc. & hoc idẽ not. in d. c. publicato. Ideò Pe. & Abb. dant hîc conſiliũ, quod ſi tu faues electioni, procures, vt electio nõ fiat: ex quo non fuit ſubſecuta incontinẽti: ſed procures, vt ſuperior compellat electores ad eligendũ. vt in d. c. publicato. Si verò ſtas cõtra electionem, procures vt electio ſubſequatur poſt morã: quia erit nulla: vt hîc patet. ¶ Qualiter† autẽ debeat ſe habere electus, quando requiritur, vt cõſentiat electioni de ſe factæ [a]? videlbonã glo. viij. q. j. c. in ſcripturis. & melius per Innoc. in. c. cũ in iure. ſ. eo. vbi dicit, quòd ſi cõſenſus requiritnr ante electionẽ, nõ debet iſte conſentire: quia poſteà caſſaretur electio ꝓpter ambitionẽ: vt hîc ſecũdum vnũ intellectum. ſed debet reſpõdere nolo, quòd me eligatis: & ita rogo. Poteſt etiã ſecundum vnum intellectum dicere: nõ intendo Dei vocationi reſiſtere: & ſic poteſt indirectè declarare voluntatem ſuam. Nam vt dixit no. Inno. hîc: & etiã ſenſit glo. quando ꝙ eſt vtile reqrere volũtatẽ eligendi ante electionẽ: ne ſi cõtingeret electũ poſteà renuere, vilipendatur dignitas: aut differatur ꝓuiſio eccleſiæ. Si autẽ requiritur conſenſus poſt electionẽ factam, poteſt electus reſpondere, nolens volo: & nolo volẽs. Poteſt autẽ ſecũdum eum, & eſt honeſtum, nõ ſtatim cõſentire: ſed aliquantulum reſiſtere: ne notetur ambitione. nõ tamen ipſe damnatur, ſi incõtinenti ipſe conſentiat: ſi fortè dubitat, ne aliquis pernicioſus ſe ingerat: vnde tunc poteſt dicere, charitas cogit me ad conſentiẽdũ. arg. viij. q. j. c. ſciendum. &. c. qui epiſcopatum. ¶ Qualiter autẽ debet reſpõdere poſtulatus: vide glo. in c. cupiẽtes. in. §. penj. eod. lib. vj. & per hoc debet limitari finis huius gl. fi. dum dicit, quòd ſi eligẽdus diſſentiat, non debet eligi. Debet eñ intelligi, qñ cõſtaret præcisè, ꝙ nõ valet Epiſcopatũ ſeu acceptare electionẽ ad aliã dignitatẽ: ſecus aũt vbi prohone ſtate diceret, ſe nõ velle cõſentire: quia vt dicit Hoſti. fugiẽtes & inuiti debẽt eligi: nõ aũt ambiẽtes & ſe offerẽtes: vt in. c. in ſcripturis. viij. q. j. Nũquid aũt peccet electus nõ conſentiẽdo electioni de ſe factæ? diſtingue, vt no. Io. an. in c. ſi electio j. eo. lib. vj. in nouel.

ZACHARIAS.

[a] ¶ De ſe factę. Adde ꝙ debet prius vires ſuas diſcutere, q ſcit ſe inſufficientem, & tanto oneri imparẽ viderit, dignitatem illam ad quam eligitur, penitus nõ acceptet. ſi verò ſufficiẽtẽ, cũ metu iuxta cõſilium Gre. j. q. j. c. nõ eſt putãda. in fine accedat. De quo plenè per Car. parte j. q. cxxxvij. & in gl. in verſ. diſcutiat.

[b] ¶ No. primò. Cõtra hoc tamen facit, quòd ſemper debet libellus ſuſtentari, ſi aliquo modo ſuſtentari poteſt. not. Bal. in l. ij. C. de formul. Et ideò do. Felin. in ca. examinata. col. vj. verb. adde Ludo. j. de iud. limitat regulam, ꝙ libell⁹ ineptus eſt reꝛciendus. vt nõ procedat, quando aliquo modo ſaluari poteſt.

ſ V M M Æ R I V M.

1 *Monachus vnius monaſterij electus Abbas in alio monaſterio, non habet amplius vocem in primomo naſterio, etiam ſi ex conſenſu capituli hoc ſibi reſeruauerit.* 3.

2 *Actor tenetur exprimere cauſam ſuæ petitionis, quando petitio eſt contra ius.*

3 *Monachus non poteſt habere locum in duplici monaſterio.*

4 *Titulum ſuæ poſſeſſionis nemo cogitur allegare: niſi habeat præſumptionem contra ſe.*

C A P. X V I I.

Conſtitutis. ¶† Monachus vnius monaſterij, alterius factus Abbas, in electiõe Abbatis prioris monaſterij vocẽ nõ habet, etiã ſi tale ius ab Abbate & monachis prioris monaſterij ibi fuit reſeruatũ. Primò ponit petitionẽ actoris. Secũdò expreſſionẽ cauſæ. Tertiò ſnĩam cõtra actores, propter cãm ineptã. Secũda ibi: *cùm autem.* Tertia ibi: *nos autem.* ¶ Caſus litera. Vacãte monaſterio Fiſcañ. electus fuit quidã in Abbatẽ: huic electioni opponebãt ſe quidã Abbates ꝓpter quod ꝓcuratores ipſorũ & ipſius electi ad dñm Papã habuere recurſum. Procuratores Abbatũ petebãt electionẽ illã caſſari. dicẽtes Abbates prędictos debere intereſſe electioni Fiſcañ. Abbates & fuiſſe cõtemptos: ex parte aduerſa petitũ fuit, vt illi procuratores exprimerẽt quo iure deberẽt electioni Fiſcañ. monaſterij intereſſe: & iuſſi fuerũt exprimere ius: & rñderũt ꝙ cũ olim aſſumpti fuerũt in Abbates monaſteriorũ ſuorum, cõceſſum fuit eis ab Abbate & cõuentu monaſterij Fiſcañ. vt haberẽt vocẽ in capitulo eo rñden. Papa rõnẽ illã friuolã reputãs: ſuper hoc impoſuit perpetuũ ſilentiũ Abbatibus ſupradictis. B. ¶† No. j. ꝙ[b] cũ petitio actoris eſt cõtra iuris diſpoſitionem, te neꝛ exprimere cãm petendi. Nã prima frõte libellus vr̃ ineptus, & per cõſequẽs reijciẽdus: vt in. c. j. & quod ibi no. Vincẽ. de offi. vi. meritò ad iuſtificationẽ libelli debet cã exprimi. & cõcor. c. ad decimas. de reſti. ſpo. li. vj. & facit quod no. Inn. in. c. ij. de dila. ¶ Secũ dò not. ꝙ monachus electus in Abbatẽ alterius monaſterij, nullã cõmunionẽ habet deinceps cũ priori monaſterio: nec põt etiã expreſsè ſibi reſeruare ius, ſeu locũ in primomonaſterio. & hoc quia eſſet cõtra iuris diſpoſitionẽ, ſecundũ quã nemo põt habere locũ in duplici monaſterio: niſi fortè vnũ depẽderet a alio. de quo dic vt habeꝛ in. c. fi. de reli. do. & in. c. j. de priui. lib. vj. Idẽ dic, ſi monachus ꝓmoueꝛ ad eccleſiã parochialẽ, non tanquã clauſtralis, ſed tanquã clericus & rector ſecularis. Nullã enim cõionem retineret cũ priori monaſterio: imò ſoluiꝛ à iure prioris monaſterij. xvj. q. j. c. nec pro cuiuslibet. nec teneꝛ talis habere ſociũ ſui ordinis: qa ex quo alienaꝛ à monaſterio, non tenetur Abbas dare ſibi ſociũ: vt no. gl. in cle. ne in agro. in. §. ad hæc. de ſta. reg. ¶ Quæro pro declaratione literæ, quare iſtud ius habẽdi vocẽ in capitulo non potuit cõcedi iſtis Abbatibus: cũ in multis iuribus videaꝛ ꝓbari cõtrariũ: vt in. c. ſcriptũ. ſ. eo. vbi prępoſitis oĩbus Prælatis eccleſiarũ cõuẽtualiũ, fuit cõceſſum ius eligẽdi in aliena eccleſia. Ad idẽ. c. cũ eccleſia Sutrina. de cau. poſ. & ꝓprie. vbi fuit retractata electio: quia prælati eccleſiarũ cõuẽtualiũ non fuerũt vocati ad illã electionẽ: cũ eſſent in poſſeſsiõe iuris eligẽdi. Nã abſq; eo, ꝙ iſti haberẽt locũ monachorũ in priori monaſterio, poterãt habet ius eligẽdi ex cõceſsione illorũ, ad quos ſpectabat electio: vt in dictis iurib⁹. Nã penitus extraneo põt iſtud ius eligẽdi cõcedi ab habẽtibus poteſtatẽ eligẽdi: vt in. d. c. ſcriptũ. & quod ibi dixi. & præſertim religioſis: vbi vr̃, ꝙ hoc ius cõcedi poſsit, arg. opti. in. c. obeũtibus. lxiij. diſt. Sol. iſtud cap. varijs modis intelligiꝛ ꝑ doc. in rõne decidẽdi. Gof. eñ dicit, ꝙ cũ iſtud monaſteriũ eſſet exẽptũ & immediatè, Papæ ſubiectũ: nõ potuerũt iſti monaſteriũ huic ſeruituti ſubijcere ſine licentiã Papæ. Prætereà iſtis fuit cõceſſum, vt haberẽt vocẽ in capitulo: nihilq; fuit dictũ, vt haberẽt ius eligẽdi: vñ cũ illa conceſsio eſſet odioſa, debebat reſtringi & nõ extẽdi ad facultatẽ eligẽdi. ar. in reg. odia. de reg. iur. li. vj. Iſte intellectus nõ placet Hoſt. qa ꝑ hãc ſeruitutẽ nullũ præiudiciũ generabaꝛ Papæ: iõ non erat neceſſe, vt haberẽ ipſius cõſenſus. Poſſet adduci ꝓ hoc dicto, quod no. Inn. in. c. conquerẽte. de offi. ord. Nec ſecũdũ eũ hæc cõceſsio erat odioſa, imò fauorabilis: cũ cõſilia plurimorũ ſint requirẽda in electiõe: vt in. d. c. obeũtibus. & vbi multa cõſilia, ibi ſalus. Prouerb. xxiiij. c. hinc canõ, quod à plurib⁹ quæriꝛ, facilius inueniꝛ: vt in. c. prudẽtiã. de off. dele. Sed prima cõſyderatio Gof. põt ſaluari, vt ſtatim ſubijciã. Cõpoſt. ſentit aliũ intellectũ dicens, ꝙ ſine conſenſu

Diœceſani

Diœcesani nõ valuissẽt ista cõcessio.arg.xij.qõ.ij.c.Abbatibus.& xvij.q.iiij.in vẽditionibus.quasi velit dicere,ꝙ quemadmodũ alia bona immobilia,val mobilia preciosa, nõ possunt alienari ꝑ monasteriũ,sine cõsensu supioris: vt in dictis iuribus ꝓxi.alle.Ita nec istud ius interessendi electioni,seu capitu. Et ex hac cõsyderatiõe põt saluari,vt dixi dictũ Gof. Nã imponere seruitutẽ ecclesiæ est, quodãmodo alienare iura ipsius ecclesiæ:meritò debuissẽt intercedere cõsensus superioris:& sic Papæ,si monasteriũ erat exẽptũ: vel Epi,si nõ erat exẽptũ:vt legit & no.in.c.authoritate.de priuile. li. vj.& in.c.nulla.xciij.di.Tertiã lec.ponit hîc Host.dicẽs clerico & monacho,vt monacho,põt cõcedi etiã vt habeat vocẽ eligẽdi, ita vt vox sua valeat,sicut vox alteri⁹ de capitulo:vt in iuribus in prin.alleg.hîc emi non valuit cõcessio:quia agebat,vt isti Abbates remanerẽt fratres & monachi prioris monasterij.Vñ cũ hoc fieri nõ possit:vt.s.dixi:nõ poterãt ꝑ cõsequẽs habere vocẽ in capitulo
a prioris monasterij[a].Fatet tn ipse Host.quosdã dixisse,ꝙ licet clericis secularibus possit istud ius dandi vocẽ concedi:vt in iuribus præal.non tn monachis,vel clericis alterius ꝓfessiõis.facit cle.j j. eo.ti.& ex his posset colligi quarta lec.¶ Quintã lec.sentit hîc Io. An.dicẽs dictũ Host.posse ꝓcedere,qñ ecclesia vacãte,ius eligendi pro vno actu,seu pro electiõe imminẽti cõcedit extraneis: quo casu loquunt cõtraria.Sed istud ius in posterũ cõcedi nõ põt:quasi velit dicere,ꝙ licet possit trãsferri ptãs eligẽdi in prima electione dũ ecclesia vacat:nõ tn põt cõcedi istud ius ecclesia nõ vacãte:præsertim qñ fieret cõcessio indeterminata,vt semper qncunq; cõtingeret ecclesiã vacare haberẽt isti ius eligẽdi.Et ad hoc adducit dictũ Cõpost.dicẽtis,ꝙ ecclesia nõ vacãte,non põt alicui noĩe proprio cõcedi ius eligẽdi:quia aperit via ꝓmissioni vacaturi bñficij cõtrà.c.ex tenore j.de cõcess.prębẽ.&.c.cõstitutus.e.ti.sed noĩe collegij sentit,ꝙ valeret cõcessio.arg.in.c.cõsultationibus j.de dona. Hæc lec.Io.And.puto,ꝙ debet intelligi secundũ Cõpost.& Goff. vt possit cõcedi:tn cũ licentia superioris,ne cõtingat iura ecclesiæ alienari.¶ Et ex prædictis possumus colligere multas rõnes decidendi ad istũ text.vt dicamus primò,quòd cõcessio hîc facta non valuit:qa nõ interuenit cõsensus superioris.Secũdò,qa fuit facta personis,& nõ ecclesiæ respectu vacaturi beneficij.Vel tertiò,qa agebat,vt isti remanerent cõfratres & monachi prioris monasterij:quod esse nõ põt.Secus aũt si monasterio vacante pro illa vice daret Abbatibus alterius monasterij ptãs eligendi.Nã tũc valeret cõcessio:qa nõ cõtingit hoc casu alienatio,nec aperit via ad vacaturũ beneficiũ:nec dat ius monachatus:sed solũ cõcedit pro vtilitate ecclesiæ:vt habeant plura iudicia in electionis actu:vt in.d.c. scriptũ.Et aduerte:qa prędicta clarè ꝓcedunt,quo ad excludẽdos istos Abbates actores in iure proprietatis:respectu cuius dũtaxat cõcludãt hæ rationes doc.Sed respectu possessionis nõ videt hîc, ꝙ doc.aliquid boni senserint.Nã potest acquiri possessio alicuius rei,vel iuris:cuius proprietas de iure haberi nõ potest:vt probat in.l.j.§.si vir.ff.de acqui.pos.& in.l.j.§.deijcitur.ff.de vi & vi arma. vbi patet,ꝙ licet marit⁹ nõ possit rẽ donare vxori:ita,ꝙ dñium ex tali donatiõe nullo modo transit:tn si res donata traditur,transit possessio in mulierẽ:quia possessio habet plurimũ facti:vt in.c.cũ nostris.de cõcess.præbẽ.adeò,ꝙ si mulier spoliat ab alio re sibi donata à marito:põt agere interdicto,vñ vi ad possessionẽ recuperãdã:vt probat no.in.d. §.deijcit.Facit opti.quod no.glo.xiiij.q.j.in summa.seu in.c.j.in glo.mag.ergo præsupposito,ꝙ concessio istis Abbatibus facta nõ valuisset quo ad trãsferendũ ius eligẽdi respectu proprietatis:fuit tn trãslata possessio,ex quo post concessionẽ fuerũt isti admissi ad actus capitulares:vt dicit in gl.j. ergo ratione possessionis,quã habebãt,debuerũt vocari ad electionẽ: & si fuerint contẽpti debebãt posse agere,vt electio ratiõe contem-
b ptus retractaret[b].Ad hoc.c.cũ ecclesia Sutrina.præalleg.vbi solũ propter possessionẽ iuris eligẽdi fuit retractata electio facta contẽptis illis,qui erãt in possessiõe.Et quãquã gl.j.hîc nitat rñdere ad illũ tex.ꝙ ibi allegabat cõsuetudo noĩe ecclesiarũ:hîc allegabatur cõcessio facta noĩe proprio: tn ex hoc non colligit aperta ratio diuersitatis.Nã saltem noĩe proprio poterãt habere possessionẽ :cũ possessio sit quid facti:vt.s.dixi in muliere.Ideò ad istum text. resonde aliter.Et primò potest dici, quòd hîc non agebatur possessorio:sed agebatur confessoria ratiõe:scilicet respectu proprietatis : quia fortè dicebant isti Abbates se habere ius interessendi capitulo:& ita petebant pronũtiari.Et pro fundamẽto intentionis eorũ adduxerunt cãm ineptã:meritò succubuerunt.& hunc fortè intellectũ sentit gl.in fi. Et adduco pro hoc istũ tex.dum dicit:in eo,ꝙ isti fuerũt iussi exprimere,quo iure deberent isti electioni interesse .& sic pondera verbũ debere,quod sapit ius proprietatis.Põt ergo intelligi ꝙ isti fundabãt se super possessione petẽtes electionẽ cassari:vtpote factameis exclusis,qui erãt in possessione.Et tũc ad contrariũ respõdeo dupliciter.Primò,ꝙ cùm isti essent in hac possessiõe mala fide:quia iure resistente per rationes.s.alleg.nõ tenebat capitulũ ipsos vocare ad electionẽ:quia possessor malæfidei nullũ commodũ põt habere,nec suffragiũ suũ debet cõputari in numero aliorũ:vt no.dixit Inno j. eo.c.Cumana.quod tene mẽti.¶ Secũdò,quia põt intelligi,ꝙ cũ ista possessio esset cõtra ius ꝓprietatis:nõ debebat habere effectũ restitutoriũ:saltẽ contra habẽtes iusproprietatis:nisi coloraretur per aliquã causam probabilem:vt no.probat in.c.ad decimas.ꝓalleg.hîc autem non solũ colorabat possessio:imò fuit expressa causa cõtra ius:vñ quẽadmodũ non debent obtinere,vt fiat eis restitutio possessiõis:vt in d.c.ad decimas.ita nõ debẽt obtinere, vt retra
a ctet electio per alios facta:vt no.probatur hîc iũcta gl.in prin.quod est valde no.Et ad.§ deijcitur.superius alleg.dic,ꝙ ibi mulier agebat interdicto cõtra tertiũ, pro quo nõ faciebat ius cõe.hîc aũt agebatur cõtra capitulũ istius monasterij Fiscañ.pro quo facit iuscõe:cũ ad ipm capitulũ duntaxat spectet electio Abbatis de iure cõi:vt in.c.j.§.e.& in.c.cũ dilectus.de consue.& pro hac diuersitate vide bonã gl.in. d.c. ad decimas.& in.c.j.de rescrip.lib.vj.& qd plenè dixi in.c.in literis.de resti.spol.Non obst .c. cũ ecclesia Sutrina.de caus. pos.& proprie.Nã vt ibi dixi,possessio ibi erat colorata ex diuturnitate tpis.Nam longo tpe fuerãt in possessione,& præsumebant possessores bonæ fidei:vt no.dicit Inn.in.c.ij.de in integ.resti.& vide ad intellectũ illius.c.cũ ecclesia.quod ibi pleni⁹ dixi.& p hoc habes hũc tex.plenè declaratũ tam
4 respectu iuris ꝓprietatis,quã possessiõis. † In glos.j.ibi: *quia isti tempore petitionis fuerant.&c.* Hæc respõsio non euacuat formaliter contrariũ:quia licet non essent in possessione ,potuerunt esse tpe electionis:nam respectu illius statuti isti tũc agebãt.Inn.verò respondet formalius dicens,ꝙ illa regula,ꝙ qs non cogitur dicere titulũ suæ possessionis:fallit propter præ
c✻sumptionẽ contrariã.[A] C.deproba.l.siue.& in c.vnico.vt eccle.benefi.Itẽ dic,ꝙ ista possessio erat contra ius:vt.s.dixi.merito tenebant exprimere cãm:vt in.d.c.ad decimas.&.c.dist .in c.cõtra morẽ,& in.c.j.de præscri.li.vj. Ab.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Maior pars in electiõibus cõsyderatur respectu capituli:nõ aũt respectu aliarũ partiũ.& n.2. & 4.*

3 *Casus,in quibus verba necessariò requiruntur. Verba vbi de necessitate requiruntur, non sufficit simplex factum.*

5 *Patroni possunt præsentare aliquẽ:& valet præsentatio,licet non fuerit maior pars patronorum.*

6 *Collegium siue vniuersitas consistit in duabus partibus vocandorum:& quòd fit à maiori parte il-*

ZACHARIAS.

a ¶ Prioris monasterij.adde tu pro hoc Ludo. Rom. sing.suo,lxxij incipien.an scholaris priuatus. vbi tenẽdo istam opi. in fin.alleg.gl.casum esse in isto.c. secundum. Io.an. à quo licet iste hic, & Fel. in ca. cùm M.Ferra.co.ix.in fin.deuiare videãtur, sequere tamẽ Roma.opi.quam Iason & Moder. in.l.cũctos populos.col.xviij.C.de sum.trinita. & fide catho.vbi alle. meliorẽ tex.cꝫ faciat Rom.vt dicit ibi in.l.qcommeatus.§.tyroni.ff.de re milita.

✤ SEB. SAPIA.

b ¶ Retractaretur. Ad hoc facit qd not. Bal .in.l.ij.in fi.ff.de iurisd. oĩm iudi.vbi dicit:ꝙ si ex forma statuti, res immobilis nõ possit alienari in forẽsem:si fundus forẽsis tradat,cꝫ quis cõtractus sit inutilis vigore statuti,tamẽ transfert possessio.

A Item fallit in spiritualibus: qa possessor beneficij tenetur Epo titulũ exprimere c.ordinarij. de offic. ordi. libr.6.& c. cũ causam. de proba.

larum duarum partium valet &c.

CAP. XLVIII.

1 ECcleſia veſtra. † Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem conſenſerit maior pars capituli: & nõ reſpectu aliarũ partium. & eſt caſus not. & quotidiè allegat. Primò ponitur propoſitio negotij. Secundò ipſius examinatio. ibi: *verum.* Tertiò ſententia. ibi: *vnde.* ¶ Caſus liter. Eccleſia Rothomagen. vacante, canonici ad eccleſiã cõgregati præmiſſo ſcrutinio ſecundũ formã concilij: quidam conſenſerunt in Thomã: quidam in Cancellariũ: & quidã alij ſingulares in ſingulares perſonas eiuſdẽ eccleſiæ cõſenſerũt. Electiones iſtæ delatæ ſunt ad dñm Papam. auditis ſuper his & alijs, quæ in præſentia Papæ & fratrũ ſuorum ſunt propoſita: inuenit, ꝙ illi qui conſenſerant in Thomã, maiorem partem faciebant reſpectu aliorũ, qui in alios conſenſerant: ſed ad maiorẽ partẽ totius capituli, nõ perueniebant. Prętereà conſiderauit Papa, ꝙ poſt publicationẽ & collationẽ nulla ſubſecuta fuit electio, ſed deportatio ad ſedẽ facta poſt appellationẽ legitimam. Sed talis deportatio pro electione haberi nõ debet: vnde quicquid factum fuit de Thoma caſſauit: ideſt, caſſum & irritum nuntiauit, petitione Cãcellarij nõ admiſſa. B. ¶ No. j. arg. optimũ, & quaſi expreſſum † ꝙ ad validitatẽ electionis nõ ſufficit quẽ habere ſaniorem partẽ capituli: niſi habeat etiã & maiorẽ reſpectu numeri. Nã vt hic vides examinatio fuit facta hîc de ſaniori: & hoc quia nõ expediebat. Nã ſi ſuffeciſſet ſanioritas Papa hoc examinaſſet & electionẽ ſanioris partis ap ꝓbaſſet. Neceſt veriſimile, ꝙ aliqua pars nõ eſſet ſanior: aut reſpectu zeli ipſorũ eligentiũ, aut reſpectu meriti electorum. & per hanc conſyderationem, puto hîc eſſe tex. cõtra opi. Inno. in. c. ſcriptum. s. eo. & in. c. quia propter. in quibus voluit ſufficere ſaniorẽ partẽ. & vide quod dixi in. c. quia ꝓpter. ¶ † Secũdò not. ꝙ in electione requiritur pro forma ſubſtãtiali verbalis electio: vnde nõ ſufficit factũ eligentiũ electionem tacitè importãs. Simile in baptiſmo, in quo requirũtur verba ad ſubſtantiã ipſius: vt in. c. j. de baptiſ. & in petitione Apoſtolorũ: vt in. c. ab eo. de appel. lib. vj. factũ ergo nõ ęquipollet verbis, vbi verba ſunt de ſubſtãtia: vt hîc. & in dictis iuribus: aliâs nõ minus valet factũ, quã verba: vt in. c. dilecti j. de app. xj. qõ. iij. in. c. exiſtimant. Quare puto, ꝙ in electionibus, in quibus non eſt ſeruanda forma. c. quia propter. s. eo. nõ ſunt neceſſaria verba: dũ modò conſtet de conſenſibus eligẽtium per ipſum factũ: ſicut in matrimonio carnali. iuxta no. in. c. tuæ. & in. cùm apud j. de ſponſa. ¶ Sed

4 quęro †, nunquid diſpoſitio huius cap. habeat locũ in omnibus electionibus, vel in alijs negotijs explicandis per vniuerſitatẽ: vt ad illorum validitatẽ nõ ſufficiat maior pars cõparatione aliarũ partiũ: ſed requiratur maior pars totius vniuerſitatis, ſeu capituli. Inn. videtur hîc ſentire, ꝙ non. Dicit enim opponendo de. l. maiore. ff. de verb. ſignifi. ꝙ hîc ideò nõ valuit geſtũ ab iſta parte: quia. c. quia propter. diſponit, vt electio fiat à maiori ꝑte capituli: quaſi ſentiat, ꝙ vbi non eſt ſeruãda forma illius capituli, ſufficit maior pars etiã reſpectu aliarum partiũ. Sed profectò hoc dictum Inn. non eſt verum, per. c. jj. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. vbi in omnibus explicandis per vniuerſitatem, datur pro regula, vt non valeant geſta: niſi fiant à maiori parte capituli, & ſaniori. Sed non poteſt dici maior pars capituli, vbi non eſt maior omnium, qui interſunt capitulo. Nam maior pars reſpectu partium minorum non poteſt dici maior pars capituli: quia capitulum conſtituitur ex omnibus ibi præſentibus. Et facit quod no. in. c. ſcriptum. s. eod. & ſentit glo. in. l. nulli. & in. l. planè. ff. quod cuiuſ ꝙ vni. not. Facit. l. quod maior. ff. ad muni. & apertius hoc ſentit gl. fi. in. c. ſi cui j. eo. lib. vj. vbi glo. ſentit notabilem theoricã in caſibus, in quibus non eſt ſeruanda forma. c. quia propter. & propter diſcordiã non poteſt haberi maior pars totius capituli. vt primò illi de capitulo, ſeu vniuerſitate faciant prouiſionem, ſeu ſtatutũ: vt valeat id, quod fuerit factũ à maiori parte cõparatione minorũ partium. Valet enim prouiſio talis: quia omnes videntur poſteà cõſentire. & ita eſt ſtatutũ in electione Rectoris huius ſtudij Senenſis. quod quidẽ ſtatutũ valet, per prædicta. Ceſſante autẽ ſtatuto, nõ valeret electio rectoris: niſi haberet maiorẽ partẽ totius vniuerſitatis. per iſtũ text. & per prædicta. Et ſic aliâs vidi Paduæ propter hũc defectum, electionẽ rectoris retractari. Nã cùm vniuerſitas ſit quoddã corpus fictum repræſentatum per ſingulos de vniuerſitate: vt in. l. mortuo. ff. de fideiuſſ. non poteſt dici iſtud corpus vniuerſitatis aliquid feciſſe, niſi ſaltẽ maior pars totius corporis cõcludat: quia fictione iuris quod fit à maiori parte iſtius corporis, attribuitur toti corpori: vt in. c. j. de his, quæ fi. à maio. par. ca. & in. d. l. quod maior. & l. aliud. § referť. ff. de reg. iur. Et facit quod no. gl. in. c. j. ne ſede vac. lib. vj. quæ dicit, ꝙ in ſpectãtibus ad Eꝑm & capitulũ, oportet ad validitatem actus, ꝙ Eꝑs habeat ſecũ maiorem partẽ capituli: quia aliâs nõ diceretur capitulũ ſecum concurrere. & facit quod dixi in. c. poſtulatis. de cõceſ. præben. & per Fed. cõſi. j. ¶ † Sed cõtra tex. & prædicta opp. de. c. qñ. de iurepa. vbi valet præſentatio facta à maiori parte patronorũ: licẽt nõ cõcurrat maior pars oĩm. Sol. dicũt doct. cõiter illud procedere in patronis, qui præſentãt, vt ſinguli, & nõ vt collegiũ: ſecus aũt in ſpectãtibus ad aliquos iure collegij: & ſi ad collegiũ ſpectat præſentatio: nõ valeret præſentatio, niſi fieret à maiori parte totius capituli. ¶ † Et no. ſing. hoc dictũ. habes enim ex his, colligere duas concluſiones, ſeu regulas. Primã, ꝙ vbi actus[b] pertineat ad plures, vt ad collegiũ, requiritur ad validitatẽ ipſius diſpoſitio maiores partis totius collegij. Quod intelligo de maiori parte exiſtẽtiũ tunc in collegio. nam vt cõſtituatur vniuerſitas, ſufficit pręſentia duarũ partiũ vocandorũ. & valet quod fit à maiori parte iſtorum: vt not. in. d. l. nulli. & l. planè. dixi plenius in. c. cũ nobis. s. eo. & in. c. cùm oẽs. de cõſti. ¶ Secũda regula, ꝙ in ſpectãtibus ad plures, vt ad ſingulos in caſibus, in quibus valet diſpoſitio maioris partis, ſufficiat maior cõparatione minoris partis: vt in. d. c. qñ. & vide quod ibi dixi. Et fallit prima regula in electione prouincialis de ordine minorũ. Nã valet electio facta à maiori parte partium cõparatione minorũ: vt in cle. exiui. §. demũ. de ver. ſign. & ibi tex. ſing. Et per illũ text. per locũ à ſpeciali probať, quod ſuprà tenui: ꝙ etiã vbi nõ eſt ſeruãda forma. c. qa propter. habet locũ diſpoſitio huius. c. quod no. & ad. l. maiore. ff. de ver. ſignifi. per quã mouebať Inn. dicit Gof. & Vin. ꝙ ibi dicit maior pars reſpectu aduerſarij, qui minori tpe poſſederat: nõ aũt dicit maior pars totius anni. Ita hîc põt quis dici electꝰ à maiori parte, nõ reſpectu totius capituli: ſed reſpectu minorũ partium: ſed hoc nõ ſufficit in gerẽdis per vniuerſitatẽ. ¶ In gl. in ver. poſt appellationẽ. in fi. hæc gl. vt dicunt doct. & bene, deſtruit literã: quæ hãc appellationẽ vocat legitimã. Vnde ad. c. quia propter. per quod gl. mouetur, reſpondeť ꝙ poſt publicationẽ ſcrutinij, nõ poteſt interponi appellatio ad impediendam ſcilicet electionem futuram: quia non ſubeſt tunc cauſa iuſta retractandi electionem conſenſus maioris & ſanioris partis. Nam iſtud eſt de requiſitis. in. c. quia propter. Ad idẽ. c. auditis. s. eo. ti. vel ex aliqua alia iuſta cã potuit hîc interponi appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non poteſt quis eligi, niſi fecerit profeßionem, & expreßam. & numero. 2.*

3 *Monachus nõ profeßus, nõ poteſt eligi ad aliquod officiũ adminiſtrationis.*

4 *Abbas, non poteſt quis eligi, qui ſit alterius profeßionis, vel habitus.*

Cap.

a SEB. SAPIA. ¶ Quã verba. Facit tex. in. l. reſtituta. in princip. & quod ibi doc. no. ff. ad Trebel. facit l. j. & ij. ff. de libe. & poſthumis. vbi Are. & Alex.

b ¶ Qꝰ vbi actus. vide Bar. in. l. oẽs populi. in. iiij. co. 2 verſi. ij. principaliter. ff. de iuſti. & iure. & in. l. nulli. in fin. ff. quod cuiuſ ꝙ vniuerſi. vbi vult, ꝙ duę partes omnino debẽt eſſe preſentes. Cuiꝰ contrarium ſentit Abb. hîc, dum dicit: ſufficit maior pars exiſtentiũ in collegio. quę opi. eſt verior: quia il- 3 li, qui nõ veniunt faciunt ꝙ totũ ius vniuerſitatis remaneat in præſentibus: vt per Abb. in. c. cum nobis. s. eo. & cõſuluit Ange. conſi. cclxviij. non eſt dubium. de quo tamẽ per a Deci. & Felin. in c. cùm omnes. s. de conſti.

CAP. XLIX.

1 CVm in magistrum. ¶ †Nō professus in Abbatē eligi nō potest. Primò recitat factum. Secundò prouidet, ibi: *mandamus.* ¶ Casus litera. In quibusdā ecclesijs regularibus eligebā tur quidā in Abbates, qui nondū erant professi ordinem regularem: hoc intelligens Papa scribit Diœcesano Ēpo dicens, ꝙ in magistrū assumi non debet, qui nondū fuit discipulus: neꝙ debet præfici, quia nō nouit subesse. vnde mandat, vt quoscunꝙ tales inuenerit, qui professi nō fuerint, abhuiusmodi remoueat abbatijs. B. ¶ No. j. principiū ad quod solet allegari quotidiè iste tex. & facit cōtra magistros momentaneos. hinc alibi dicit tex. Hiero. Longo tpe disce, quæ postmodū doceas. xvj. q. j. c. sic viue. & in. c. si clericatus. & alibi: Miserum est eū fieri magistrum, qui formā discipuli non assumpsit. lxj. q. j. c. miserum. Secūdò no. ibi: *nec sit præficiendus.* arg. opti. & quasi expressum, ꝙ nō solū per viam electionis: sed etiam per viā prouisionis nō debent, nisi professi in Abbates assumi. Si ergo cōuentu negligēte eligere, potestas deuolueretur ad superiorē immediatū. iuxta tex. in. c. ne pro defectu. s. e. nō poterit iste superior salua authoritate Romani pontificis præficere nō professum. Ad idē facit cle. qa regulares. de sup. negli. præla. vbi no. colligit, ꝙ is, ad quē fit deuolutio ex negligētia, tenet eligere seu promouere hoīes illius qualitatis, cuius erant adstricti primi electores. ¶ No. vlterius, ꝙ Diœcesano loci subsunt monasteria: vt in. c. monasteria. &. c. Abbates. xviij. qō. ij. sunt tñ exempta à lege diœcesana: vt in. c. dilectus. de offi. ordi. vbi plenè de hoc no. vnde verbū diœcesana, capitur hîc largo modo. cōprehendit enim iurisdictionē Episcopalē
2 generaliter: vt no. in. c. auditis. de præscr. ¶ †Quæro, nū quid sufficiat tacita professio ad hoc, ꝙ quis possit promoueri in Abbatē? dic, ꝙ olim sufficiebat. arg. hîc. Nam iste tex. solū requirebat, ꝙ per professionē quis efficeret primò monachus, vel regularis canonicus. & ad hoc sufficiebat indubitanter tacita professio: vt in. c. j. j. de regu.
a lib. vj. & in cle. ij. eo. titu. Hodie verò requirit expressa [a] professio: aliās nō valet electio: vt in. c. nullus j. eo. ti. lib. vj. An aūt possit præfici tacitè professus per viam prouisionis: dic, vt ibi no. per Ioā. an. ¶ †Secūdò quæritur,
3 quid in prioratibus & alijs administrationibus regularibus? Sol. dicebat Egid. ꝙ illis poterat præfici non professus: sed hodiè falsum est istud. Vnde etiā in illis cōsequendis requirit expressa professio. in cle. ne in agro. §. pe. de
4 sta. regu. & tene mēti illū tex. Tertiò quærit, †nunquid canonicus regularis possit eligi in Abbatē? hæc litera videtur innuere, ꝙ sic: sed tu intellige in monasterio canonicorū. Si aūt esset monasteriū monachorum, non valeret electio: qa hodiè prouisum est, vt homo alterius professionis, vel habitus non possit eligi in Abbatem: vt in cle. j. eo. tit. & tene menti illū text. fing. An autem possit postulari, & â quo, vide ibi glo. no.

SVMMARIVM.

1 *Absentes, an sint vocandi in electionibus fiendis.*
2 *Abbas ex speciali iure habet ius eligendi Episcopum vnà cum alijs canonicis.*
3 *Electionis ius, non dicitur præscriptum: nisi probetur, quòd interuenerit pluries electioni factæ de aliquo Prælato, & vocem dederit.*
4 *Consuetudo in dubio, & in quo casu: an intelligatur de præscripta?*
Libelli verba intelliguntur latè in fauorem libellantis.
5 *Protestatio veniens ad detrahendum iuri aduersarij: an noceat aduersario tacenti?*
6 *Tacens nō præsumitur consentire in re onerosa & præiudiciali.*
7 *Petitorium & possessorium si simul concurrunt, debet pronuntiari pro petitorio.*
8 *Protestatio contraria facto, an valeat.*
Protestatio non releuat protestantem in his, quæ protestans tenetur de iure facere.
9 *Citatus protestans coram iudice nolle consentire in eum, tanquā in iudicem: dicens non esse iudicem, nec per ea: quæ dicit, vel faciat, intendit recedere à sua protestatione: an talis protestatio teneat?*
10 *Venditio si fuerit facta & aliquis deceptus vltra dimidiā iusti precij, non valet, etiā ꝙ deceptio consistat in vno denario.*
11 *Iuris appellatione regulariter venit ius commune: licet aliquādo veniat ius speciale: venit etiam consuetudo.*
12 *Possessor malæ fidei, ante, quā declaretur esse malæ fidei, omnes fructus debet recolligere.*
13 *Excōicatus etiā occultus eligens facit, quòd electio sit nulla.*

CAP. L.

CVmana. ¶ Electio facta à nō maiori parte capituli, & omissa collatione, nō valet. Prima pars narrat factum. Secūda ibi: *cum. xviij.* electione vitiat. exprimens causam quare electores punit. ¶ Casus liter. Ecclesia Cumana vacāte, die statuta ad celebrādā electionē canonici & tres Abbates, qui vocem in electiōe habere dicunt, cœperunt de electione tractare: capellani & clerici ciuitatis eiusdē dicebāt se interesse debere electiōi, & ꝙ sine eis electio fieri nō deberet. Tandē ne per hmōi contradictionē differretur electio: capellani & clerici admissi fuerūt sub huiusmodi protestatione, ꝙ vxor eorū, qui non deberent interesse de iure, vel de consuetudine, non valeret, & sic præmisso scrutinio. vij. canonici, & vnus Abbas. xj. capellani, &. ix. clerici in Archipresbyterum a eiusdem ecclesiæ conuenerunt: & publicato scrutinio à parte sua, extitit electus: vtræꝙ electiōes istæ sunt ad sedē apostolicā delatæ. Dns Papa auditis meritis vtriusꝙ electionis, & alijs quæ partes proponere curauerunt, inuenit ꝙ. xviij. sunt canonici: &. xix. capellani. xx. clerici: & tres Abbates: sed neutra electio peruenit ad maiorē partem totius capituli: quia nō fuerat probatū, ꝙ clerici admitti debuerūt: nec fuit probatū, ꝙ capellani admissi fuissent, vel per consuetudinē, vel de iure. quia & si capellani interfuissent duabus electionibus Ēporum, & scrutatores dederūt voluntatē: non tñ vota illorū inquisita fuerūt, vel aliquos elegerūt: sed dato, ꝙ vota illorū inquisita fuissent, vel aliquos elegissent. Et per hoc tñ nō fuit pro- c batū, ꝙ illud eis competeret de iure, vel de consuetudine præscripta: & ideò dns Papa electiones prædictas factas etiā contra formā concilij generalis: quia collatio in cōi fuit omissa, quæ statim post publicationē scrutinij fieri debuisset: cassauit: & electores hac vice eligēdi potestate priuauit. B. ¶ No. j. ibi: *ad celebrandam electionem præfixa.* ꝙ capitulū nō tenet expectare vltimā diem termini à iure præfixi ad eligendū. De quo dic, vt in. c. ne ꝑ defectu, s. eo. sed pōt præfigere certā diem ad electionē celebrandā præueniēdo finē. Non enim debēt electores intantum se angustare. ¶ Et an sufficiat maior pars ad præfixionē
1 huiꝰ termini: dic, vt dixi i. c. cū nobis. s. eo. ¶ †No. ij. ibi: *qui præsentes.* iuncta glo. ꝙ licet de iure vocādi sunt absentes, ad electionem, si cōmodè vocari possunt: vt in. c. qa
b ꝑpter. s. e. valet tñ [b] cōsuetudo, vt absentes [c] non vocent. c sed resideat ius eligēdi ītegrū penes pręsentes. & sic valet cōsuetudo, vt oīno absentes non vocent. de quo vide qd dixi in. c. coram. s. eo. Posset tñ dici, ꝙ iste tex. nō probat hāc opi. gl. qm erāt nūc præsentes: sed fortè absentes tpe præfixionis termini reuocati. Nā istud præsentes, nō refert ad verbū cōgregati: dictū tñ in se est verū: vt dixi in
2 d. c. corā. tene mēti istā gl. † Not. iij. ꝙ Abbates possunt de iure speciali acquirere ius eligendi Ēpm loci, vnà cum canonicis ecclesiæ cathedralis. & facit. c. scriptū. s. eo. & c. fi. j. de insti. Not. iiij. quòd licet ad electionem pōtificis celebrandā cōueniāt hoīes diuersarū ecclesiarū, & diuersorū collegiorū, tñ quo ad electionis actum, vident oēs consentire, vt vnū collegium: vnde sufficit, quòd electio

